


# MEMORABILIVM
# ITALORVM
## ERVDITIONE PRAESTANTIVM
QVIBVS VERTENS SAECVLVM GLORIATVR,
APPENDIX.

# IO. LAMI

## MEMORABILIA

# ITALORVM

ERVDITIONE PRAESTANTIVM
QVIBVS VERTENS SAECVLVM GLORIATVR.

*TOMI II. PARS II.*


*Sive Appendix.*




FLORENTIAE. MDCCXLVIII.
Ex Typographio ad Plateam Sanctae Crucis

*CVM ADPROBATIONE.*

# PRAEFATIO





*AM alteram huius ſecundi Voluminis Partem, ſeu magis Appendicem, in vulgus proditurus eram, quum ad me Viri eruditiſſimi*, Ignatii Mariae Comii, *Neapolitani & Florentini patricii, Vita, ab ipſomet verſibus hexametris concinne eleganterque conſcripta pervenit. Tanto munere ab eo me donari gaviſus ſum, quum illam vehementer deſiderarem; & ille, me rogante, licet, quae eſt hominis modeſtia, invitus, & gravi morboſaque oppreſſus ſenectute, mihi inſcriptam compoſuerit. Quare etſi haec Voluminis Pars ad umbilicum deducta iam eſſet, aliquam rationem excogitavi, qua & ipſa in publicum cito prodiret: adeoque in hanc Praefationem conieci, ut quamdam inſuper amoenitatem gravi ſerioque operi Muſeo lepore adderet, & eru-*

*ditos homines ad operis lectionem illecebra poeseos oblata potentius attraheret. Adde quod Vatis egregii erga me benevolentiae istud debebam, qui duobus ab hinc annis carmine venusto & eleganti me etiam voluit, licet immeritum, praedicare; quod quidem in mei grati animi argumentum in medium heic adducere iuvat, etsi in Ephemeridibus litterariis Florentinis anno MDCCXLV. memoratum, & ex parte etiam editum, fuerit.*

AD THALIAM

In honorem praeclarissimi Viri

IOANNIS LAMII FLORENTINI

IGNATIVS MARIA COMVS.



*QVae nova, quae mira adspicio? Tu ne illa Thalia,*
*Pallida quae vultum, rugis sulcata, seniles*
*Arida quae mammas, humeros incurva, Lycei*
*Evandri veluti genitrix edentula, letho*
*Proxima, quin etiam tussi concussa, trementes*
*Vix parvo poteras gressus iterare bacillo;*
*Sed poteras timidos terrore movere puellos?*
*Nunc mutata pates. Quae vultum purpura pingit?*
*Quantus in ore decor? quae gratia frontis honestae?*
*Qui vigor insuetus malas & pectora replet?*
*Quam blande radiant oculi, qui fulgida vincunt*
*Astra nitore suo! quam labra corallina! visu*
*Tar-*

*Tartara in Elysios posses convertere campos.*
*Quae nova, quae mira adspicio? refer, alma Thalia,*
*Insolitique tui caussas evolve decoris.*
*Aures, Diva, mihi surdas tamen ante reclude,*
*Talia namque potes: sic aurea dicta lubenter*
*Accipiam, reddamque tibi responsa vicissim.*
*En ego sum voti compos: quae munera praestem*
*Digna tibi, desiderium praecurris ut ipsum?*
*Fare agedum. Si me pulcram, teneramque puellam*
*Respicis, & qualem pepererunt claustra feracis*
*Mnemosynes, factum mirari desine. Apollo,*
*Vidit ut abiectam, spretam, mutamque, iacentemque,*
*Argueret quasi degenerem ne doctior aetas,*
*Me pater adflavit: primae (mora nulla) iuventae*
*Restituit, priscumque dedit per membra vigorem.*
*Ex alta plectrum voluit me carpere pinu,*
*Iussit & ad numeros desueta arcessere fila.*
*Nunc ego Permessi superare cacumina saltu,*
*Si cupiam, potero. Tanti ne muneris ergo*
*Immemorem pater increpitet, celebrare canendo*
*Fert animus nunc e multis Heroibus unum,*
*Cuius adhuc nomen non per mea fila cucurrit.*
*Subgere, tu noscis, te namque caterva coronat*
*Doctorum, tua sola animi mellita voluptas;*
*Aut tibi praesentes non una vicaria linguae*
*Charta facit. Tua si qua meo sententia tandem*
*Pendet ab arbitrio, formosa Thalia, sonandus*
*Nunc foret ille tuo versuque, lyraque, Ioannes,*
*Ille suo Lamius super aethera nomine notus.*
*Egregium decus ille Arni, nec dicere nostrae*
*Italiae vereor, cuius nunc fama vagatur*
*Per, quotquot dominam venerantur Pallada, terras.*
*Haec sat erunt tibi, Diva; tuo si pauca Cothurno,*
*Elogia sed & ipse brevi dum maxima vincis,*

*Singula quae possent Heroem fingere, possent*
*Singula quae Bavios ipsos formare Marones;*
*Dum me maiorem voluit coniungere Apollo,*
*Illius meriti sua per fundamina molem*
*Explorare iuvat. Sic percitus entheus ardor*
*Heröe effundet dignos, aut Numine, versus,*
*Latius excipiat pluteis quos regia sacris*
*Bibliotheca suis. Si nescis plura, parumper*
*Exspecta: nostri penetrare ad Apollinis aulam*
*Me decet, atque illic scitari ante omnia dulcem*
*Mnemosynem. Haec commissa typis quaecumque fuerunt*
*Vel meditantur adhuc dare natae ad grandia mentes,*
*Novit: quando suo sine numine nil generosum*
*Concipitur; neque laetum aliquid, vel amabile prodit.*
*Quis, qualis, quantoque Heros sit carmine dignus,*
*Instruet; ad te mox rediens, ego cuncta reponam.*
*Interea pulcram dum consulit illa parentem,*
*Ioannes dilecte, mihi sed cognite sero,*
*Qui fueras unus multis noscendus ab annis;*
*Dum videor Divae adloquio tibi posse salutem*
*Mittere devinctam numeris, ne despice nostrum*
*Obsequium, quamvis levidense, & inutile: quando*
*Cordis ab ingenui penetralibus effluit imis.*
*Dii tibi dent annos, quos virtus clara meretur,*
*Quos tibi felices Respublica Palladis optat.*
*Nilque tibi a Superum nos numine poscimus ultra.*
*Te nempe incolumi, quid non promittere possunt*
*Ingenuae posthac artes sibi, sparsa Tonantis*
*In quibus aeternum sobolescit gloria in aevum,*
*Quaeque animos poliunt virtute, rudique popello*
*Distinguunt, pronamque trahunt per secula famam?*
*Nam docilem cunctis gravioribus, atque profundis,*
*In-*

*Instruxit Virgo Tritonia disciplinis;*
*Adferrique tuae voluit per acumina mentis*
*Delicias, propriis ceu provida mater alumnis,*
*Ne qui tensus erit, rumpatur inutilis, arcus.*
*Si Florentinum reputas tu me quoque civem,*
*Quandoquidem mea gens celebri defluxit ab Arno,*
*Non minus & decies ubi Etruscis gentibus olim*
*Praefuit, atque omnes per honorum fulgida crevit*
*Gloria rite gradus; quam vere te quoque nostrum*
*Censeo! namque tuae generosus originis auctor*
*Ille Lamus fuerat, quo structae moenibus olim*
*Formiae, honoratum caput ad coeli astra tulerunt;*
*Rector & innantem Lirim tenuisse Maricae*
*Littoribus potuit. Quare tu noster haberi*
*Et credi, & dici, poteris: si noster, honori*
*Quod panget mea Musa tuo, remeabit ab aula*
*Cum patris, excipias vultu genialis amico.*
*Illa quidem senio & morbis consumta, sed illa*
*Ardet amore tui, & praesentem te sibi fingit.*
*Ab Iove principium Musae, Iovis inclita proles,*
*Ab Iovis undisono repetentem fratre vetustum*
*Stemma decet Divas patrueles dulcibus ulnis*
*Amplecti, propriisque lubens admittere tectis.*

*Sed iam ad ipsius Viri Clarissimi Vitam deveniamus proferendam, quam aptis opportunisque Adnotationibus Neapolitanus Auctoris amicus inlustravit.*

PRAECLARISSIMO VIRO

SCIENTIARVM OMNIVM ALVMNO

# IOANNI LAMIO

IGNATIVS MARIA COMVS.



Care Lami, praedura iubes, dum pangere cogis
Patria quae mihi, quodve genus, qui mensis, & annus,
Quaeve dies, quaeve hora etiam, videre cadentem
Maternâ ex alvo: quibus artibus ipsa Minerva
Me voluit tenerum formare: audacibus orsis
Quae potui ingenii dare plurima pignora: tandẽ
Casibus expositis, curisque, & moribus, aevo
Quae mediter, frontem sulcat dum ruga senilis,
Et mea Cycneas imitantur tempora plumas.
Crede mihi, praedura iubes: declivior aetas
Iampridem, & morbi, sonuere receptui ad aures.
Vnde meae curae deberent tendere ad urnam,
Quae mihi non uno titulo se monstrat apertam.
Haec potes ex aliis monumenta requirere, quorũ
Coelicolûm explevit sapientia nectare mentes.
Nam timeo, ne nunc aevi sub vespere plectrum
Dum rapio ex pinu, desuetaque fila priores
Ad numeros revoco, mihi languida dextra labascat.
Delirat mens, lingua; animi querebunda senectus

Per-

Perfregit vires, immutavitque vigorem.
At parebo tamen; tua iussa capessere fas est,
Dum morem gessisse tibi, decus addet amico:
Et vires tua iussa dabunt, & carmina, vati
Pieriae pandunt tibi quando Helicona sorores,
Castaliasque undas studiosus Apollo ministrat.
Incipiam, referamque igitur quaecumque parentes
Facta mihi a teneris memorarunt iugiter annis.
Hoc tamen haud liceat tacite transcurrere: matrem
Mense laborantem sexto cum virgo videret
Innocuae vitae, Gaude paritura puellum,
Inquit, at Ignatî claro dic nomine primo.
Evenere quidem praesagia: nomine primo
Sic me Cantabrici Herois sacra lympha rigavit.
Vrbs ea, Gymnasium (1) quae vix nata audiit olim,
Haec natale solum mihi praebuit, ad Trifolini (2)
Radices montis, qua moles celsa palatî (3)
Astra ferit, Villanae (3) olim penetrale beatum,
Quae fuerat patrio virgo gratissima coelo.



(1) *Neapolis: id primum ei nomen fuit.*

(2) *Mons ille civitati contiguus, in cuius vertice arx, cui a Divo* Erasmo *ibidem in aediculâ culto, nomen: vulgo* il Monte di S. Ermo, o S. Eramo.

(3) *In magnifico Gentis* de Como *Palatio antea fuit Asceterium dictum* Divini Amoris *a venerabili matre Sorore* Mariâ Villanâ *sub Regulâ Divi* Dominici *institutum, de quo vide* Ita-

Verba nec ulla meo faciam de ſtemmate: plenae
Ferre Samo quid vaſa velim? tibi cuncta pateſcunt,
Nititur atra etiam quae rodere dente vetuſtas.
Neſc res ſi fortè (animo quod credere nunquam
Auderem) paucis poſſem tibi dicere. Ab annis
Gens mea priſca ſuis Sirenis in urbe refulget;
Quin etiam Inſubriumque, Etruſcorumque, penates
Servat adhuc patrum ſub imagine clara ſuorum,
Seu pacem, ſeu bella, velis; ne clauſtra potentis
Auſoniae tranſire putes. Tamen ardua coeli (1)
Me rapiunt quos regna tenent, & honoribus illos
Proſequor, ut facilem pandant mihi ad aethera callem.
Sed ſatis haec ſummis me degûſtaſſe labellis.
Menſe, ſui voluit ſapiens quem Romulus anni
Principium, patrio vel nomine dixit; & ignis
Luce novus Veſtae quâ accendebatur in aris,
Laurea Flaminibus quâ mutabatur, & Vrbis
Mamuriū Salii per compita quaeque canebant,
Matronaeque ſuo celebrabant feſta Gradivo;
Quin potius Solymae templum quâ, poſt Babylonis
Triſte iugum, dictum fuerat de more Tonanti:
Anno nimirum quo limina quattuor aedium
Vrbs

Italiam Sacram Vghelli ſecundae editionis in Tom. VI. in Epiſcopis Neapolitanis, *& proprie in* Archiepiſcopo Innico Cardinali Caracciolo col. 194.

(1) *Non pauci praeter glorioſum Chriſti Athletam* Cominium *ex hac Gente, & ei adfines, ſanctitatis opinione deceſſerunt.*

Vrbs aeterna ſuis reſerata fidelibus obfert,
Quem merito dixere pio cognomine ſanctum:
Aetherias auras hauſi, quo menſe, vel anno,
Lambertinorũ quoque ſanguine Proſper ab alto
Hauſerat, excelsâ qui nunc ſuper arce Quirini
Romanus dat iura Pater, ſummusque Sacerdos.
Prima dies menſis dederat mihi munera vitae,
Sed poſtrema olli; poſtremus qui prior eſſet,
Vltimus ipſe prior. Lux obtigit una duobus,
Lux eadem, Paphiae (1) quae nomina portat; at hora
Tertia tunc ſupra decimam mihi forte cadentes
Lacrimulas deterſit. Eram mage pronus ad illas,
Quam riſum. Exivi incolumis genitricis ab alvo,
Sed tener, enervis, pariterque gracillimus, ore
Non moeſto, ſed non hilari. Cum, lacte remoto,
Eſca pararetur mihi dulcis, & omne, puellos
Quod vetat eſſe truces, potui guſtare nec hilum.
Potus, & eſca mihi datus exſtitit immaturae
Vvae acinus, quo ſaepe adiuta, ſaporis amari
Et fruſtis, eluſa fames. Sic moeror ab ipſis
Me cunis habuit, tamdemque ſequetur ad urnam.
Qua ſolida viguere mei pietate parentes
Imbuti, hac puerum pariter voluere: parantem
Aediculas, flore ornantem, vel carmine ſuavi
Pſallentem, libros verſantem, nomina quorum
Tunc ignota mihi, puerilia deſpicientem
Singula, quanta animi dulcedine ſaepe videbant!
Inde bonas monuere artes addiſcere, noſtrae
Profluit unde decus, memorandaq. gloria vitae.
Dotibus his avidam non ſegni pectore mentem
Ad-

(1) *Et Auctor, &* Benedictus XIV. *feliciter regnans, die Veneris nati ſunt.*

Adplicui, noctesque, diesque, laboribus hausi,
Vnus ut ipse forem, quem nusquam arceret
Apollo
Non teneras tectum primâ lanugine malas.
Mox disciplinis aptum gravioribus omnes
Censuerant. Mihimet cum currere coeperat
annus
A decimo, ingenuum rapuit Libitina parentem.
In me germanus, pietas doctrinaque clarum
Quem late fecit, tunc tutor, amore sed alter
Se genitor gessit; materque decora iuventae
Seu forma, seu dote, velis, seu moribus aureis,
Quamvis ad taedas fuerit prolata secundas,
Illarum non passa rapi splendore, fovendae
Incubuit proli. Nobis non marcida luxu
Otia concessit, nec inertia tempora somni.
Omnigenas adeo curas impendere visa est.
Dantem operam Sophiae me clara Stagira re-
cepit
Okamo praebente manum. Tuus inde sacerdos,
Alma Themi, evasi, & mihi pilea decrevisti
Ante meae spatium aetatis; sed currere semper
Non mihi sorte datum est, gressus cohibere
coacto.
Sic ego qui Musis, Sophiae, Themidique litabam,
Iussus ad emeritae subsistere templa Vacunae;
Nam labor assiduus toto me corpore fregit.
Nec faciles somni, mihi nox erat annua saepe.
Si quandoque sopor, veros imitantia casus
Somnia terrebant, una nec imagine. Quando
Difficili pila missa volans paganica iactu,
Sive trigon, sive harpastum, seu follis, & ipse
Discus, sive trochus, celebris seu paedia Cyri,
Quique alii poterant aliquod praestare levamen,
Vix

Vix fuerant ludi solo mihi nomine noti.
Nec me pellexit resonans Comoedia risu,
Saeva nec in tragicis perterruit ira cothurnis.
Nec tua venator vestigia, amore ferarum,
Virgo potens nemorum, pressi. Sublimis habenis
Non egi alipedem, nec mores doctus Ionum
Mollibus indulsi choreis, cisiove cucurri.
E tamen e cisio praeceps, trepidante caballo,
In foveam cecidi certo discrimine vitae.
Cornua bis Phoebe postquam repararat, inertem
Surgere me vidit lecto. Gratissima semper
Rheda mihi placuit. Quandoq. aut vere tepente,
Aut cum autumnali redolet vindemia foetu,
Currui Erichthonius solers coniunxit anhelos
Quattuor alipedes, & amicis cum tribus agros
Per medios duxit, per pinguia culta reduxit.
Suetus mane novo pedes ire libenter apricos
Per colles solus, sed non iam solus, amicae
Cum me Pierides comitentur ubique sodalem,
Quas inter reputans stultus me numine Phoebũ
Huic mando, canat hunc, huic istum; defleat illum
Melpomene, Vranie vehat hunc ad limen Olympi.
Danda etenim (fateor) gravibus quaedam otia curis.
Saepe licet Iove Saturnum quoque frangere, corpus
Ne cum mente cadat. Multis febris tamen annis
Lenta mihi graciles consumere coeperat artus.
Pallor in ore sedens, Cephalalgia, splenicus horror,
Pectore hiante cruor per sputa emissus ab ore,

Ne-

Nephritis cogens me curvo incedere passu
Oppressere, animo nil talia damna timentem.
Non vitio venere meo, nec forte parentum,
Nutricumque; lues nec torsit Celtica (grates
Sint Superi, hac me immunem fecere ruinâ)
Postremo scabies, deerat quae sola, misellos
Mensibus haud paucis artus noctuque, diuque,
Vexavit dirâ prurigine. Sulphur olere
Iam videor. Meliora mihi promittere quisquis
Post domitam morbi rabiem: verum omnia in auras
Cesserunt; prius ille ut eram, sic inde remansi,
Et peior: quandoque redit prurigo, nec unquam
Acrior, ut pridem fuerat, tamen aspera semper;
Et nunc me stimulis iterum mordacibus urit.
Armati (1) inventum iam languescentibus unum
Flore iuventutis succurrere coepit ocellis.
In me praecipuam vel plurimus arte Machaon
Adplicuit fortasse manum; multisque medelis
Post aliquot Lunas me vidit inertia, si non
Incolumem prorsus, Libitinae a faucibus atris
Saltem stare procul. Tunc rursum in Iuris arenam
Descendo: me Donellus, me Grotius, & me
Ipse Duarenus, Cuiacius, & simul illi,
Sed pauci, quibus alma Themis sua viscera pandit,

Gran-

(1) Salvini de Armatis *Inventoris Perspicillorum crystallinorum vulgo* Occhiali *Videsis Opusculum II. cum hoc titulo:* Dell' Invenzione degli Occhiali da naso di Domenico Maria Manni, *in* Tom. IV. Collectionis Opusculorum P. Calogerà.

Grandia per legum duxere arcana. Supremo
Ergo togae mea cara parens sperabar honore
Ornandum fore; namque togam spondebat amicus
Cunctorū adsensus, qui claustra forensia calcant.
Irrita spes cecidit, ceciderunt vota meorum.
Cum priscis (mora nulla) novi sese agmine facto
Addentes morbi, me rostra relinquere cogunt.
Eheu quot fuerant mihi pertentata quotannis
Pharmaca! quos succos sum degustare coactus
Ingratos, olidos, & amaros! Inarimensis
Fumus, avena, latex, mihi vel decreta, Dicarchi.
Diversas voluere auras spirare salubres,
Digna coli aeternis excepit Olympia (1) plectris.
Quam iucunda mihi pulcerrima Mergelline,
Et iuga Pausilypi, & Nesis, Megarisque. Sed urna
Me tenuit vatis mirâ dulcedine captum,
Cui Dircaeus olor, blandus cui cessit Arion.
Namque tuis cecinit praedulcius artibus, Orpheu,
Pastores, & rura, & proelia Troiugenarum.
Dicitur hinc Pi di stario pergrata Deabus
Ille locus: placidaeque aurae, vallesque, lacusque,
Virgilii didicere modos, & carmina vatum
Semper habent, & habent Phoebeae semina messis.
Post quatuor propriis autumnos Vrsulon (2) ulnis
Me studuit retinere lubens, exinde venusta
Leu.

(1) *Vulgo* Chiaia, *in qua domus etiam Auctoris gentilitia.*

(2) *Locus non procul ab Antiniano, ubi quaedam Auctoris praedia.*

Leucopetra (1), & paucos post annos villa (2) Vesevi
Post tergum, Martyr quondam Praesulque Ravennae
Quam voluit proprio distingui nomine. Tempe
Pontia (3) cara meos, Retina (4) sonora camoenis,
Non semper iuvere, parum quandoque, dolores.
Sed Beneventanus (5), vel ob hoc, quia crassior, aether
Cunctorum sensu mihi creditus utilis unus.
Tunc mihi, nativo Philocosmia pulcra rubore
Quem semper comitata suo, sacra tecta Modesti
Coelitis, hospitium, sat nomine nota, dederunt.
Vrbs aeterna Petri dein plantis oscula dantem
Vidit, & illiciis retinere potentibus ausa est.
Fir-

(1) *Pietrabianca*.

(2) *Pollena, cui Divus* Apollinaris *Martyr & Episcopus Ravennae nomen dedit*.

(3) Portici *amoenissima ad oram maritimam propter Neapolim villa, ubi idibus Iunii* Carolo Borbonio, *&* Mariae Amaliae *potentissimis utriusque Siciliae Regibus &c. dum ibi animi relaxandi gratiâ morarentur, ortus fuit post quintam femellam communi exceptus populorum plausu ann. 1747. primus Regius puer* Philippus.

(4) *Resina*.

(5) *Beneventi exceptus fuit in Coenobio Canonicorum Regularium Lateranensium Divi* Modesti *nomen praeferenti, cui tunc praeerat Auctoris consanguineus Abbas D.* Andreas de Lauro.

Firma meae steterat menti sententia ad aedem
Tendere, ubi sterili matris prodivit ab alvo
Quae sine labe suum virgo est enixa parentem.
Ad te quin etiam properare excreverat ardor,
Vrbs Tuscis Syllana (1) vadis divisa, meosque
Adfines hilari coram cognoscere vultu,
Et Maliabechum Heroem, iunxere libelli
Quem mihi amicitiae iucundo foedere pridem.
Sola parens vetuit, poterat quae sola vetare.
Deliciis fregit quae corda ferocia Poeni (2),
Vrbs propriis potuit me titillare ruinis.
Vltima, quam colui, illa fuit (3), quae Iuris asylum
Romani fuerat, per quam Magnesia cautes
Veliferâ docuit tumidum mare findere puppi.
Cum mihi sola salus nullam sperare salutem
Restaret, Meditrina tibi mea singula vovi
Sophrosyne, parere tuis & legibus ultro;
Quamvis non largis dapibus, nec & arte paratis
Regali vesci solitus. Convivia lautis
Instaurata epulis, aut lecta saporibus Indis,
Etsi arcessitus crebrò, precibusque rogatus,
Nun-

(1) *Florentia V.*

(2) *Saepe diversatus Auctor fuit apud Illustrissimum Comitem* Philippum de Acuna, *&* Bragamonte, *fratriae suae germanum, Capuae Militum id temporis Instructorem, qui vulgo* il Maggiore, *& dein Tribunum, qui* il Colonnello; *& illic in Campanis vetustatibus investigandis totus fuit.*

(3) *Amalphis nempe, quae Romanas Leges servavit, nunc apud Florentiam custoditas, & usum Magnetis invenit.*

Nunquam inii, quando me non oscilla (1) monere,
Quam breve vita bonum, poterant; mihi namque magister
Morbusque, & corpus, morbi quod certa cathedra est,
Haec semper nolenti etiam documenta ferebant.
Illius (2) ergo meo, Phrygii qui tempore belli
Panthoides fuerat, victus sapit usque palato
Gratus; at illa magis, quae melle suavior omni,
In burim curva, & lacero stat cortice ficus (3).
Scilicet illa gulam fovet, occulteque iuventae
Exauget vires, senibusque dat una vigorem,
Rugarumque minus. Pugili cibus ipsa feroci
Aptus erat quondam; nec vana insomnia narro.
Non mihi laetitiae semper largitor Iacchus,
Sed Naias, qualis puteo consurgit ab imo,
Extinguit de more sitim. Faba missa (4) Canopo,

Et

(1) *Larvae quaedam, seu parvulae imagunculae, quae in conviviis adponebantur, ut mortis commonerent.*

(2) *Opusculum cum hoc titulo:* Del Vitto Pittagorico per uso della Medicina, Discorso di Antonio Cocchi Mugellano, stampato in Firenze nel 1743. Venetiis 1744. in Tom. XXXI. Collectionis Opuscul. Calogeranorum, *& postea Neapoli* 1746.

(3) *De Ficu* Philippus Beroaldus in Notis ad Oct. Caesar. Aug. Suetonii Lib. II. fol. mihi 272. not. 5.

(4) Il Caffè, *qui ut plurimum, ab Aegypto adfertur.*

Et frondes, dixere Chias (1) quas nomine gentes,
Hae ftomachum munire mihi, cerebrumque iuvare.
At melius prodeft praeftantibus omnibus unum
Mexiacum (2) Ammericae deductum ab littore nectar,
Ambrofia Indorum dilapfo tempore, fed nunc
Qua patet auricomi late domus utraque Phoebi.
Non ego Nicoti (3) naves purgare probato
Pulvere delector, finuofa volumina fumi
Nec bibo. Cum viresreparari in corpore noram
Ter ftudiis conatus eram vigilare profundis,
Terque meos nifus gravium rifere latentes
Morborum cauffae, donec Podalirius inquit
Haec matri: Si vis, ut natus vivat, ab omni
Fac diftet libro, fic vivet; mentis acumen
Proderit haud illi. Non ergo Minerva clientes
Culta fuos inter poterit confcribere. Magnum
Sit licet ingenium, feries quam longa malorum
Vfque folet (mihi crede) fuo religare veterno.
Haec modo, & illa tuum falvare negotia natum
Sola valent. Quare tunc mille domeftica curis
Cura mihi laqueata datur; fed prima tot inter
Emicuit, libris, quos tempore volvere toto
Iam vetitum fuerat, pluteos ornare, vetuftis

 Ad-

(1) *Vulgo* il Te, *o fia* Cià.

(2) *Cocolaten intellige e Mexicana regione.*

(3) *Hoc nomine fere ubique locorum denogatur, quia* Ioannes Nicotius *Galliarum Regis apud illum Lufitaniae Legatus primus fuit qui anno* 1559. *hanc herbam, quae poft audiit* Tabacco, *ut novi Orbis miraculum ad Reginam* Catharinam Medicem *dono immifit.*

Addere saepe novos, Etruscaque vasa, proborum
Signa virûm, fecit quos virtus sola beatos.
Villula at una meos rapuit super omnia amores
Iuncta etiam domui. Quot iam Pomona superbit
Pomis, quot Zephyri coniux & floribus, illis
Instructam volui. Miracla, novumque decorem
Fons tenuis geminat. Clavis moveatur ab arte
Aenea si tubuli, invito Iove depluit imber.
Crystallo non ille faces extinguit aperto;
Blandulus in ludo mirantes inrigat, unde
Solvitur in dulces decepta caterva cachinnos.
Pingendi studium me non deterruit, etsi,
Zeuxi, tuos nequeam dios similare colores.
Otia sic inter, verum nulla otia ducens,
Tentavi morbos eludere. Membra trahebam
Languida; sed gressus huc illuc ferre salutis
Spem mihi cum daret exiguam, tunc spemque, metumque,
Inter adhuc dubius, notâ regione viarum
Sum Pindi molitus iter. Mihi vertice utroque
Obvius ardenti vatum sese obtulit omnis
Tunc chorus Hippoclidum (1). Testantes gaudia vultu,
Amplexu reducem excipiunt, atque oscula figunt.
Si tamen ore meum divina Poësis amico,
Et Romana animum Iuris-Prudentia rursus
Fortiter adlexit, vocem non aula forensis,
Sed

(1) Hippocles, & Megasthenes, *Chalcidicorum Duces, ad oram maritimam, ubi Vrbs, quae postea Neapolis, adpulerunt; quare Hippoclidas Neapolitanos libuit adpellare.*

Sed timuit calamum (1). Me censuit inter alumnos
Philologia suos. Morbus me quando premebat,
Ex gravitate manum removebam cautus aratri;
Cum pacem dabat ille, alacri fervore redibam.
Tunc Sophiae me duxit amor. Sua dogmata ab imo
Et vetus, & media, & nova, mox Academia fundo
Pandit; & intentus systemata cuncta notavi.
Auctoris (2) placuere meo documenta labori,
Cuius in exiguis Graiae struxere labellis
Nectar apes, nostrae siquidem mage consona legi.
Et mentem Paullus (3) callens, & scita magistri
Me quamvis hebetem felicibus imbuit orsis.
O utinam schola quaeque sequax foret illius, olim
Ipsam qui potuit iam perfecisse Sophiam (4)!
Paucula demantur: nostra inter (5) habebitur Heros.



(1) *Scripsit Auctor in Iure pro gravibus suae gentis negotiis, & saepe obtinuit.*

(2) *Platonis placita videlicet.*

(3) Paullus Matthias de Auria *e Principibus Angri, Philosophus primae notae Platonicus, insignis etiam Mathematicus, in eaque facultate plura invenit, & bene scripsit.*

(4) S. Augustinus de Civitate Dei 8. 4. *& ante illum* Cic. Acad. Qu. 1. 5. & 6. & 8. Plut. Laërt. Apul.

(5) S. Iustinus: Pauca a Platone deme, & Christianum habebis.

Claustra, fuit Moses (1) qui creditus Atticus. Idem
Quam formosa fovet, quamque ingeniosa, Mathesis,
Monstravit Paullus, partes docuitque per omnes.
Dein sacros me cura habuit penetrare penates,
Et summi praenosse Dei magnalia, priscos
Abramidas, sanctosque patres oracla loquutos.
Singula ne referam, vel nulla scientia rerum est,
Quam summis vel saltem ausus gustare labellis
Non fuerim fidens animi, sorbere profundum
Sed vetuere quidem morborum examina. Quandam
De pene innumeris rationem reddere rebus,
Non tamen ex cathedrâ possum doctoris ad instar.
De cunctis quidquid dici mihi possit, id unum
Forte novum minime nostras descendet in aures.
Haud amor imbelle in sexum mea pectora traxit,
Nunquam olli vel tura dedi, prout hisce diebus
Complures nedum formam, fandique leporem,
At

(1) Numenius *Philosophus Pythagoreus dixit:* Quid est Plato, nisi Moses atticissans? *ut refert* Clem. Alex. 1. Strom. *Mansit enim in Heliopoli annos* 13. *Mosen legendo, ex quo de Deo doctrinam didicit, unde & Divini nomen sortitus fuit. Probatur id etiam auctoritate* Aristobuli *Iudaei, ut ex* Euseb. Praep. 9. b. *qui ait:* Plato nostras leges in paucis haud sequutus est, a quo curiose eas excussas fuisse, adlegationes eius sunt argumento: & Iosephus lib. 2. c. Apion. *ubi* Plato nostrum maxime legislatorem est sequutus, & *alii*.

At gazas doctrinae omnes, versatile in illo
Ingeniū, & prope divinae bona mentis adorare.
Et sunt, qui reputant etiam praestare (1) virili.
Taeda mihi fuerat non una oblata iugalis,
Sed ne deiicerem de petrâ Leucade in aequor
Me terrore, dedi consulto nomina sacrae
Militiae (2). Attulerat mea fratria cara nepotes,
Quos ego pro gnatis tenero complector amore.
A laqueis, dulces quos cantat amoena iuventus,
Sic abii liber, mihi & otia grata fuerunt,
Quippe mei iuris, nullique obnoxia vinclo.
Interea e morbis plures, quibus ipsa senecta est
Dira parens, prius a nullis ceu solicitatum
Vallarunt arcte Arthritis, Cacochymia, tristis
Coryza, Oedema, Atrophie, Lipothymia, crebra
Dyspnoea, & capitis Vertigo, gravisque Cophosis
Tussisque, & Podagra, & Chiragra, Hemi crania & acris,
Vt reliquos sileam, qui me crudeliter angunt.
Attamen haud animo cecidi, si corpore. Musae
Parva medela mihi dulces ante omnia semper.
Quos mentis dederim diverso tempore foetus,
Scire velis? Prius illa feram labentibus annis
Carmina, quae potui deducere ad usq. senectam,

 Dein

(1) *Vt ex libro, cui titulus:* Apologia Filosoficostorica, in cui si mostra il sesso dolle donne superiore a quello degli uomini. *Typis Catanensibus ann.* 1737.

(2) *Clericus tantummodo, nunquam Sacerdos.*

Dein perarata ſtylo Pherecydis (1) verba ſo-
luto.
Ergo labor primus fuit Ephrata (2), lumine torvo
Quem minus adſpicio, quia primum. Idiomate poſthac
Multiplici ornavi divini Numinis ortus:
Cunctorum linguâ cantari nempe merebat.
Nec piguit, primâ mihi tunc florente iuventâ,
Sub fabellarum iucundo cortice veros
Eventus quoſdam modulari, non ſemel ob quos
Promerui tortam, ceu victor, panis, & agnam,
Paſtores alacres inter, bellasque Napaeas.
Linquentem ſylvas, ſi non Aeneida, ſaltem
Thebaiden, quanvis timide tentare volentem,
Auſtriaco cecidit quae victa Sicambria (3) Marte,
Maeoniâ ſonuiſſe tubâ me perculit ardor,
Nec tamen abſolvi. Haud una trieteride lapsa,
Amne triumphali plectrũ ciet ipſe Tibiſcus (4),
Sua-

(1) *Auctor nempe Proſae.*

(2) *Opus, in quo Auctor Arcadiam imitatus* Sannazarii, *ſoluta oratione, ſed Latina loquitur: Paſtores vero omni metri genere, & idiomatis non modo Latini, ſed & Graeci, Hebraei, Syriaci, Chaldaici plaudunt nato Numini in Ephrata, ſive Bethlem.*

(3) *Buda, ſuperioris Hungariae Metropolis, Catholicis armis ſubacta, Epico cantata carmine in XII. libros partito, non tamen abſoluto.*

(4) *Prima victoria Sereniſſimi Principis* Eugenii *ad Tibiſcum.*

Suasit & exsuviis tumidum cantare Sabaudum.
Musarum (1) me bella dehinc rapuere, praeesse
Cum statuere sibi Violantem, Numine abacto
Parnassi. Totum mox adlicit illa Poëtam
Filia (2), sponsa, soror, genitrix electa Tonantis,
Humano quae ficta luto contagia traxit
Nulla luti. O vere me terque quaterque beatū,
Illius aeterno si detur ab igne cremari!
Qui magnus (3) Medicorum olim côncursus ad aulam
Phoebeam, Eucherii Inarime caussata docebit.
Spumat adhuc Crater (4) Babylonicus, exhaurire
Sacras ardet opes Brennusq. & adulter Amasis.
Nomine ut & nulli Carolum pietate secundum
Ingemui; at magno renovavi plectra Philippo,
Istius & gnato, qui nunc plaudentibus astris
Imperio felix Siculas dominatur in oras.
Cuius coniugium festâ celebrare Camoenâ,

 Par-

(1) *Poëmatium, quo gratulatur adsertum Parnassi imperium Regiae Celsitudini* Violantis a Bavariâ, *Magnae Principis Etruriae*.

(2) *Stimuli potentiores ad amandam Deiparam Virginem Ionico metro concinnati*.

(3) Coniuratio Medicorum coram Apolline, ne typis daretur opus Camilli Eucherii de Quintiis de Balneis Pythecusarum, dum per illa aegrotantes suae Medicae facultatis nunquam posthea indigerent.

(4) *Carmen contra hodiernam luxuriose viventem iuventutem, quo licentiosi huius seculi perbelle depinguntur mores, & carpuntur*.

Parmense (1) ut pridem potui. Me flere coëgit
Multorum interitum furvo circumdata peplo
Melpomene, aerumnis, moerore, dolore gravatum
Me cernens, qui flendus eram. Sic squalluit ergo
Laeta nimis tristi laurus mutata cupressu.
Indigetes (2), Venetae (3) gentis tot culmina, totque (4),
Quos Fama a solis cunâ decantat ad urnam,
Saepe meam potuere chelyn laxare. Tuorum

Ad

(1) *Serenissimi* Antonii *scilicet ultimi e Farnesia gente, Parmae & Placentiae Ducis.*

(2) D. D. Ianuarius, Cyrus, *&* Cominius *Martyres*, Ignatius de Loiolâ, Franciscus Xaverius, Philippus Nerius, Franciscus Salesius, Teresia a Iesu, Margarita de Coryto, *& alii non pauci: super reliquos omnes Virgo Deipara sub hac singulari praerogativa exemtionis a culpa originali, & super Passione Domini.*

(3) Alexander Zenus, *&* Clara Marcella *coniuges, cum e Vicetia Vrbe discesserunt. Cum* Aloysius Mocenigus *dignitatem Procuratoris Divi Marci obtinuit. In Nuptiis* Marci Antonii Grimani, *&* Mariae Pisanae. *In honorem Eminentissimi Principis* Angeli Quirini, Alexandri Marcelli, Dominici Gradenici, *&* Apostoli Zeni *&c. Nonnullas harum productionum enunciat Auctoris Elegia ad* Ludovicum Antonium Muratorium *Typ. impressa Venetis in* Tom. VII. Collectionis Opusculorum Calogeranorum.

(4) *Hi sunt pene innumeri.*

Ad molem metandam operũ me perculit audax
Ambitio; cecidi tamen ausibus, & tua velox
Sola mihi incauto clementia parcere novit,
Care Lami, propriis mihi carior usque medullis.
Multa meas Veneres pandit Lapidaria, per quas
Sueta vel externos nunquam laudare, parumve,
Vrget ubi ratio, me Gallia (1) docta sonoris
Elogiis ipsi celebrem transmisit Olympo.
Gonzagae historiam potui perquirere gentis.
Illa Sodalitii (2), cuius pater aestuat Arni
Gloria Neriades nostri me detinet, in quâ
Cyriaco Vrsino plausi, diademate trino
Vidit ut ornatum quae toti urbs praesidet orbi,
Gratior ast Tyriâ quae maiestate (3) nitentes,
Admotosque patres Petri, per caerula, puppi,
In regno hoc natos complectitur: ipsa per
annos
Haud paucos sudata mihi. Iam pignora mentis
Multa dedi, sed pauca typis commissa. Super-
sunt
Quae nec adhuc impressa, iacent damnata te-
nebris,

Se-

(1) *Inscriptiones scilicet adpositae in Eccle-sia, & domo Sodalitii SS. Trinitatis Peregrino-rum, & Convalescentium pro seculo ab Apo-theosi iam lapso sui Institutoris Divi* Philippi Nerii, *quas Academia Gallica Inscriptionum miris laudibus exornavit.*

(2) *Historia Fundationis Neapoli laudati Sodalitii SS. Trinitatis.*

(3) *Altera Latine conscripta Vitas exhibens Summorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium Regni Neapolitani.*

Semisepulta dapes tineis. Lacrimabile tandem
Si dabit & senium, seniique pedissequa turba,
Grassantes morbi, emerget sacra purpura (1)
Patrum,
Vittaque Pontificum: nam talia munera regno
Danda quidem,& si tardo, meo. Nil amplius ipse
Supremum Numen, supremi & Numinis almam
Suppliciter Matrem (2) rogo, cuius in aede re-
natus,
Illiusque fui distinctus nomine summo,
Luce sacrâ pariterq. ipsi. Quamplurima demum.
Me voluere suo consortia (3) docta virorum
Albo conscriptum. Calami commercia fidos
Adiunxere mihi numeri maioris amicos;
Quos vectat geminum sapientia clara per orbem
Crebra lubens documenta dedi Scriptoribus,
illi (4)

Me

(1) *Laudata Historia*.

(2) *Lustrali aqua perfusus Auctor Neapoli in aede Paroeciali sub titulo Divae* Mariae Advocatae, *& die Sabbati. Inter autem multa nomina pro coronide impositum ei fuit illud* Maria.

(3) *XXXV. non minus & praecipuis Italiae Academiis adscriptus*.

(4) *P.* Sebastianus de Paulis *in* Vita Ambrosii Salvii *Episcopi Neritini in Epistola ad Lectorem*. Nicolaus Coletus *in* Italia Sacra Vghelli secundae editionis. Ioannes Bernardinus Tafurus *in* Tractatu Antonii Galatei de Situ Iapygiae, *& in omnibus suis operibus*. *P.* Bonaventura de Lama *in* Chronico suae

Pro-

Me non sperantem, nec & id plerunque merentem,
Saepe reluctantem, plausu voluere sonoro
Tollere, testati meritas hoc munere grates.
Multa sacris pariter dixi Oratoribus, ob quae
Vtilis, oblectans persaepe audita, nec una
Concio, corda trahens quae mundi e faece pudendâ,
Et plausum terris, animasque paravit Olympo.

Quae

Provinciae Minorum Observantium Reformatorum. Alexius Symmachus Mazochius *in* Mutilo Campani Amphitheatri titulo. Ludovicus Antonius Muratorius *in* Tom. XIII. Rer. Italic. Scriptorum, *&* Tom. XXIII. *&* Tom. II. Antiq. Medii aevi, *&* Tom. III. *&* Tom. I. Inscriptionum, *&* *seqq.* Antoninus Mongitorius in Sicilia Sacra Ab. Pyrrhi. Thomas Maria Alfanus *in* Coelesti Principatu D. Michaëlis Archangeli. Constantinus Gatta *in* Memoriis Lucaniae Par. II. & III. D. Angelus Calogerà *in celebri* Collectione Opusculorum Scientificorum. Dominicus Maurodenoia. Franciscus Ficoronius. Paulus Agliotus. *PP. Trevoltiani*. Angelus Zavarronus. Ludovicus Sabbatinus de Amphora. Io. Andreas Tria, *Archiepiscopus Tyrius* De Cardinalis dignitate, & officio. Franciscus Pitteri *in* Dictionario Historico Moreri. *Florentinae Litterariae Ephemerides* Tom. V. pag. 746. ad 752. Tom. VI. pagg. 377. & 378. & 379. *& alii non pauci*.

Quae de me scripsi, nam de me scribere nemo
mullus
Nec poteram, nec & ausus adhuc (illi sua scribant,
Qui potuere suo nova regna labore, Minervae
Pandere) me stimulis eutaxia sola coegit.
Vera tamen scripsi; vero semperque minora.
Non ego agyrta equidem, aut nacta, aut aretalogus, ast sum
Clinicus, ingratâ sedeo qui mortis in umbrâ,
Inter eos medius qui praecessere, suisque
Adloquiis mecum noctuque, diuque morantur.
Saepe etiam intersunt illi, quos munere vitae
Dum fungebantur, noram. Sic moeror, in ipsâ
Qui mecum natus cunâ, comitabit ad urnam.
Ne tibi moeroris, quoque plurima caussa supersim,
Dulcis amice Lami, male comta haec carmina, nullam
Quae prorsus redolent Venerem, Venerisque lepores,
Aut lacera, aut rapidis ludibria proiice flammis;
Dum mea deserto suspendo nablia trunco.
Fabula cumque scies quod sit mea clausa, clientis
Sis memor usque tui, mysteria dum sacra tractas,
Fervidus & precibus resera mihi limen Olympi.
Nullus amore pari te iam dilexit, & usque
Diliget, exiles dum spiritus hos reget artus.
Clara meum tumulum neu signet epigraphe, at una

Sit

Sit satis illa sibi Chambers (1) quam struxerat olim.
Ah! pereat potius, pereat mea fama; perennet
Scriptorum aut sapiente manu, quae solis ad instar
Temporis est nunquam seriem passura senilem.
Sic ego & invisus, multis & inutilis annis,
Dum vitam praeceps extrema per omnia duco,
Dent numerare tibi Tithonia secula Divi,
Qui rerum fandique potens, cunctaq. refertus
Arte, beas geminum per multa volumina mundum.

(1) *Londini hanc sibi epigraphen incisam voluit Auctor Cyclopaediae* Ephraim Chambers: Multis pervulgatus, paucis notus, qui vitam inter lucem & umbram, nec eruditus, nec idiota, literis deditus transegit, sed ut homo, qui humani nihil a se alienum putat, vita simul & laboribus functus, hic requiescere voluit Ephraim Chambers.

*Ista omnia iam absoluta erant, quum* Francisci Arisii, *Viri praestantissimi Cremonensis, Vita ab Anonymo scripta mibi oblata est; quam & ob Viri illius doctrinam praeterire nolui, & quia in ea cum laude memoratur* Io. Calvius, *Vir eruditissimus, suae Cremonae decus, & de me optime meritus, qui praeter alia, quae in*


*me*

*me contulit, beueficia, tanto etiam bonore me prosequi voluit, ut numisma meam imaginem, & symbola inlustria, praeseferens hoc eodem anno perficiendum, atque dedicandum curaverit. Illud autem commodum & in tempore contigit: nam Typographus meus pagellas quasdam vacuas in huius Praefationis chartis superesse querebatur. Itaque illam etiam publici iuris heic facio.*

FRAN-

# FRANCISCVS ARISIVS

## ANONYMO AVCTORE.



FRanciscus *Arisius* Cremonae, tot inlustrium virorum matris, III. Nonas Februarias anno MDCLVII. natus est, parentibus *Ioanne Ludovico* viro nobili, & *Lucia de Nigris*, *Ioannis Baptistae* eruditissimi Iurisconsulti filia. Huius *Luciae* avus fratrem habuit *Iosephum de Nigris*, celebrem in Romano foro antistitem; eiusdemque *Luciae* frater *Aurelius Ioseph* Prior Canonicus fuit Ecclesiae Pontificalis Cremonae, diffusoque calamo de Episcopis Cremonensibus scripsit. Ab ineunte aetate *Arisius* minus firma valetudine donatus est, & adolescens a Loyolitis litteras Cremonae edidicit, universamque Philosophiam in eorum Lyceis perlustravit. Anno MDCLXXV. Parmam a patre missus, ut operam Iurisprudentiae daret, & per triennium ibidem summa cum laudatione studiorum commoratus, Bononiam profectus est; ex qua post semestre spatium ad patriam rediit, ut curas subpleret hydrope laborantis patris sui, qui post duos menses, VIII. nem-

nempe Kalendas Maias, anno MDCLXXVIII. annos natus XLIV. occubuit. Patre quamquam orbatus, Iurisprudentiae colendae gratia, Novembre eiusdem anni, Papiam concessit, ubi Martio mox adveniente togam sumsit, & Mediolanum venit, in qua civitate, duce perillustri tunc temporis Advocato *Benignio*, Iurisprudentia per sex menses se exercuit. Post haec ad patriam regressus est, & studia sua non intermittens Caussidicorum Collegio adscriptus fuit, Etruscis Latinisque Musis & humanioribus litteris non ideo valedicens, quas praeter modum iamdiu adamabat, ita ut decimum octavum aetatis annum agens, anno scilicet MDCLXXV. Academiam, quae Italice *de i Disuniti* dicta est, in domo sua instituerit, eoque honoris provexerit; ut de ipsa *Ioseph Malatesta Garuffus* Ariminensis multa scripserit, & *Franciscus Xaverius Quadrius* Soc. Iesu presbyter eam commemoraverit; quamquam ipsa Academia annis XLIV. solummodo duraverit, donec scilicet fuit introducta anno MDCCXIX. Colonia Cremonensis Pastorum Arcadum, cuius Coloniae *Arisius* fuit alter ex Promotoribus, &, decreto Romanae generalis Arcadiae, electus fuit Vicecustos. Iam ab adolescentiae flore litterarium commercium cum doctioribus celebrioribusque viris inivit, & prae ceteris cum *Ant. Magliabechio*, *Guidone Grandio* populare suo, *Lud. Ant. Muratorio*, & *Hier. Baruffaldo*, eorumdem amicitiam per epistolas recolens, quarum XXII. volumina haud ita parva servantur, quae

ipsi

ipsi a sapientioribus scripta sunt, praeter tres ipsarum epistolarum tomos eidem *Arisio* scriptarum a *Petro Canneto* Cremonensi, celeberrimo Camaldulensium Ordinis Monacho Abbate Generale. Quum vero ex iis doctioribus viris LX. celebres Scriptores adnumerentur, Itali non pauci, tunc in litteris insignes viri, *Arisium* amicum habuere; ut & paucae, quae tunc temporis florebant, Academiae fuerunt, quibus ipse non esset cooptatus. Academiis enim plusquam sexdecim Italiae urbium adscriptus fuit, & inter ceteras anno MDCXCI. curante *Ioanne Mario Crescimbenio*, ab Romanorum Arcadum Academia *Euphemi Bathii* nomine insignitus fuit (quae tunc praecipue litteratissimis undecumque viris, ut *Redio*, *Malpighio*, *Bellinio*, *Vivianio*, *Grandio*, Cardinale *Norisio*, *Leonardo a Capua*, *Menzinio*, *Lemenio*, *a Filicaria*, *Benedicto Averanio*, *Magalottio*, *Lancisio*, *Guidio*, *Muratorio*, *Maffeio*, aliisque pluribus, ob dignitatem & doctrinam spectabilibus gavisa est.) Insuper Archontibus, ut vocabantur, Italiae cooptatus fuit, praestantissimisque Academicis Florentinis, quos *della Crusca* dicunt, VI. Kalendas Octobrias anno MDCCXII. ex epistola Senatoris *Pandulphi Pandulphini* Vice a Secretis. *Arisius* Etrusci purioris idiomatis studium, quod ipse plurimum egerat, continuo promovit, atque diversa praeterea carmina, & praecipue lyrica fudit, quorum multa in carminum collectaneis leguntur. Anno MDCCXVII. Cremonensium Academicorum nomine, *gli Animosi*

*mosi* dictorum, quorum ipse erat a Secretis, pereruditam epistolam *Hieronymo Gilio* perscripsit, in qua S *Catharinae* Vitam atque opera, ab eodem *Gilio* tunc noviter conrecta, eo modo laudat gratulaturque, quo videre est post ipsius *Gilii* Vitam ab erudito *Corsettio* Senensi Italice conscriptam, & Florentinis typis nuper editam. Neque huiuscemodi solum studiis inclaruit *Arisius*, nam & iuris & antiquitatis bene peritus erat, ut ideo maximi fieret; id quod ex magnis potissimum tribus tomis patet multiiugi eruditione refertis, qui *Cremona Litterata* inscribuntur; & quibus sane plurima vir egregius aperuit alias ignota, vel minus examinata. Quumque a criticis litterariisque Censoribus insimulatus fuisset, quod monumentis haud congruis suffultus adscripsisset Cremonensibus viros aliquos immerito, ille optimo eruditionis penu disceptationes edidit, quibus enunciata apprime vindicavit, celeberrimumque *Hieronymum Vidam* Cremonensem Albae Pontificem in primis defendit apologia *Vicecomitem* perfringente quum hic Papienses inter & Cremonenses antiqua subscitare litigia contendisset. Iamdiu antea, sed inde magis hisce omnibus de caussis, praecipuis aliis honoribus gavisus est *Arisius*, dum, sub anni MDCXCVIII. initium, Patriae suae servandis ordinibus Praefectus conclamatus atque renunciatus est, generali Praesidum Cremonam regentium, quos Decuriones dicunt, suffragio. Quare eximii ingenii sui specimina in difficilioribus quoque

ne-

negotiis iugi ſtudio protendere non deſiit ad annum uſque MDCCXXXIV. quum aetate preſſus & multis ſuae fidei periculis defunctus, ipſemet vacationem rogavit, eamque a generali conſilio nominatorum Praeſidum, etſi invitorum, retulit. Neque latuit *Ariſii* doctrina & probitas Caeſareos Ducales Mediolani Senatores, & Cremonae Praetores, Comitem *Philippum de Archintis*, Marchionem *Carolum Caſtillioneum*, & Comitem *Iulium Calderarium*, qui, quum feriis autumnalibus praetura abeſſent, *Ariſio* vices gerendas demandarunt: atque aliqui Cremonenſis Curiae Advocati Fiſcarii, (cognitis, in adminiſtratione aequitatis, *Ariſii* integritate, & ſapientia) pluries ſibi abſentibus ſuffecerunt. Anno MDCXCVI in numerum Nobilium Protectorum pro iis, qui carcere mulctarentur, delectus eſt, in eoque confirmatus in poſterum. Dum hiſce vero honoribus inſigniretur *Ariſius*, a gravi Cremonae calamitate in vitae diſcrimen coactus eſt: id quod ipſe in Praefatione ſecundi tomi *Cremonae Litteratae* innuit, in qua aliquos illius operis defectus quodammodo excuſans ita pronunciavit. *Mirari inſuper omittes, ſi nos in tot patriae, ob propinqua bella, diuturnas exagitationes, cui ut ſedulo incumberemus, nobis cura praecipue demandata eſt, cogitabis. Teſtes adpello, qui me terribili ac fatali die Februarii prima anno* 1702. *in tot vitae ac rerum periculis reviderunt*. Ea enim die Teutonici Auguſti milites (ut e veracibus hiſtoriis, viventiumque traditio-

ne didicimus ) praeter exſpectationem , & cum univerſae Cremonae terrore ipſam Civitatem occupavere, multam auri copiam expoſcentes, quum ipſis factus fuiſſet ingreſſus ab Eccleſiae cuiuſdam, quae prope moenia Civitatis conſtructa erat, Parocho. Qua de re *Ariſius*, qui Patriae a ſervandis ordinibus praefectus erat, victorum Teutonicorum rogationibus magnanima fide conſilioque proſpexit. Anno MDCCXI. & MDCCXXIV. regundae Cremonae Praeſides motu proprio integerrimam atque ſedulam *Ariſii* operam erga patriam diplomate publico teſtati ſunt, utroque inde formis excuſo, in quorum altero potiſſimum perlegitur, *Ariſium* ob graviſſima Cremonae negotia quaterdecies ad Mediolanum ſe contuliſſe, unde nunquam reverſus dicitur, quin legationis vota apprime conſequutus eſſet, patriae totius & praecipue Sapientum plauſu, qui *Ariſium* plurimi pendebant, deliberationesque in rebus arduis ab eo ſaepius repetere non dubitabant. Conſultoribus praeterea Officii S. Inquiſitionis iamdiu adſcriptus fuit, & per annos plusquam XL. in eodem officio Advocati Fiſcarii munere perfunctus eſt, dum poſtremis illis annis *Ariſii* amiciſſimus Quaeſitor Generalis S. Officii Cremonae eſſet doctiſs. *Hermenegildus Todeſchini* Mantuanus, ſacrae Theol. Magiſter Ord. Praedicatorum, nunc S. Officii Mediolani Inquiſitor Generalis, ob ſingularia merita maxime celebrandus, qui Diſſertationem praecipue condidit ex *diligenter exquiſitis, congeſtis, atque diſcuſſis monumentis*

ad

*ad res gestas, institutum, & cultum S. Alberti Bergomensis pertinentibus, quibus emortualem eius Epocham a nonnullis Scriptoribus per errorem vel oscitantiam seculo XIII. affixam emendare, multisque ostendere, eum Tertio Ordini* S. Dominici *nomen dedisse, pro ea, qua pollet, eruditione nisus est: quod laboris sui specimen, quum Romam misisset expendendum, & in manus litteratissimi* Thomae Augustini Ricchini *Cremonensis Ord. Praedicatorum incidisset, ab hoc latine redditum fuit, & Bononiae typis anno MDCCXLI. vulgatum* (ut idem *Arisius* in Tomo III. *Cremonae Litteratae* scripsit; ) dein autem anno MDCCXLVI. Mediolani ab ipso Cl. *Todeschinio* recusum, & auctum novis monumentis in eam rem compertis, quibus, omni dubitatione summota, Praed. Ordini *S. Albertum* eo magis vindicavit. In *Arisii* MSS. epistolae DCXVIII. potissimum servantur, quas *Benedicto XIII.* P. M., pluribus S. R. E. Cardinalibus, Romanorum Imperatori, Regibus, Principibus, Supremis Legionum Ducibus, Ministris Regnorum Primatibus, Senatoribus, aliisque spectatissimis Viris pro patria, vel pro se conscripsit. Ad Lauretanam Aedem mense Octobri anno MDCCVII. concessit, & anno MDCCXIX. ad sacrum Alverniae montem iturus, Ferrariae amicum suum Cl. *Hieronymum Baruffaldum* salutavit, diuque cum ipso conloquutus est. Tumque hodoeporicon satis diligenter & erudite descripsit, quod nocturno tempore XV. Kal. Aprilias anni MDCCXXVII. una cum plurimis pretiosisque MSS. libris,

ab horribili incendio domus suae concrematum est. Cuius incendii calamitate in virum de publica re optime meritum adeo permoti fuere e Patriciis & Civibus Cremonensibus plures, ut *Arisium* protinus multa re donaverint. Hoc infortunio percussus, atque perpetuis eiusceemodi curis adplicitus, *Arisius*, tamen Auctoribus perlegendis dilucidandisque continuo incumbebat, ea Philologiae parte, quam Criticen dicunt, adprime delectatus, praeter penitam Iurisprudentiae peritiam, intermisso numquam studio adscitam. Post infantiam, qua ipsum laborasse dictum est, sufficienti quoad vixit sanitate gavisus fuit ita, ut plures ii morbi, qui senectutem persequuntur, *Arisium* ne hilum quidem laeserint, eiusdem praesertim oculos, qui perspicillis nunquam eguere. Quamobrem celeberrimus *Thomas Augustinus Ricchinius* anno MDCCXLII. in epistola, quam ipse *Arisio* scripsit, pronuntiavit, *diu fruaris viridi hac tua, operosaque senectute, in qua nihil habes, quo aetatem annosque recedentes incuses, quum sic vigeas mente & ingenio, ut nemo te senem credat, nisi qui eruditionis tuae monumenta numerat; qui vero ea aestimat, non tam senem, quam longaevum intelligat*. Podagram tamen excipias, a qua multum excruciatus est *Arisius*, postremumque morbum, qui haud ita brevis fuit, occaepitque dum generales catarrhi, constitutionesque epidemicae, saevientes sub anni MDCCXLI. exitum, pluribus hominibus lethales fuere. Quo tempore vita plurimum pereclitatus,

va-

valetudinem repetiit, pristino tamen robore deperdito, consueta vero alacritate non item, qua iugiter pollens, epigrammata identidem, elegias, tum & oratorias lucubrationes, aliorumque generum poëmata pangebat; prae quibus sunt laudanda tria dithyrambica illa, quae Cl. *Redii* exemplo fere ductus, Italice inscripta formis vulgavit, anno nempe MDCCXXII. *La Vendemmia Baccanale*, anno MDCCXXV. *Il Tabacco masticato, e fumato*, atque anno MDCCXXXVI. *Il Cioccolato*, venustatis & doctrinae plenissima. Et quamvis *Arisii* facies vicinam mortem praeseferret, lepidos nihilo minus sales, argutasque facetias, aeque ac antea proferebat. Post illam aegritudinem, nocte quadam a copiosa haemorrhagia tentatus est, ut impendere mors crederetur; exinde adeo fractae fuere vires, ut sensibiliter deficeret. Tum vero aestas ingruens vitam ipsius protrahere visa est per duos adhuc fere menses, quibus elapsis nocte VII. Kalendas Iulias anno MDCCXLIII. naturae concessit, annos idcirco LXXXVI. & ultra natus. Iucundo fuit adspectu, natura robusta, fronte ampla, oculo vivido, facie hilari, & statura iusta donatus. Multo civium conventu publicae exsequiae, atque oratio funebris, concelebratae sunt, & in eiusdem diei vespere ab Academicis Coloniae Cremonensis deplorata mors sui inlustratoris *Arisii*, ac praedicata memoria, lugubribus exarationibus summi viri merita decorantibus in aede *Alexandri Littae* Mediolanensis, & praeclari Cre-

monae Pontificis. Vnicam habuit *Franciscus Arisius* uxorem, anno MDCLXXXIII. ductam, *Aemiliam de Guarneriis* Italicae linguae Poëtriam, antiquae familiae Cremonensis feminam praestantissimam, VIII. postea Kalendas Februarias anno MDCCXXV. mortuam, & germanis fratribus *Guarneriis* oppido inlustrem; *Iosepho* nempe cultissimo Soc. Iesu Praesbytero; *Francisco* Sacrae Theol. Doct., ex Consultoribus S Officii, insignis paroeciae in patria Praeposito, pietate, doctrina, & libris, quos adquisierat, admirando; *Dominico* denique, cuius filia, quam e coniuge *Lucia de Zucchis* praeclaris Cremonae civibus retulit, memoranda est *Angela Aemilia de Guarneriis*, Physici *Ioannis Calvii* Cremonensis mater, qui solidiorem Medicinam practicam Florentiae hausit, nobiliori simul litteraturae incumbens, atque epistolicam Historiam *de Hodierna Etrusca Clinice* conscripsit, (a doctiss. Comite *Roncallio*, Brixiano formis vulgatam, magnificoque ac praeclaro operi inserendam, quod ab ipso Comite *Medicina Europae* inscriptum est,) ut spectatissimis ac celeberrimis Florentiae Academiis, Academiae scilicet Apathistarum, & Sacrae Academiae Florentinae, perhonorifice adscriptus fuerit. *Arisius* ex *Aemilia* coniuge plures filios sustulit praecipue nominandos, *Iosephum Antonium* magnae existimationis Sacerdotem, Theologiae & utriusque Iuris Laurea insignitum, Nonis Maiis MDCCXXXIV maligna febre subreptum; *Genoviefam Xaveriam*, quae anno MDCCVIII. *Mariae Victoriae* nomine obsigna-

gnata Sanctimonialibus, *le Capuccine* dictis, nomen dedit, religiosissimam adhuc vitam agens; *Caietanum*, qui aliquot ab hinc annis Hispaniarum Regi inservit, nobili regiarum excubiarum Legioni adnumeratus; *Homobonum Xaverium* tandem, qui anno MDCCXI. sub *Giberti Borromaei* S. R. E. Card. auspiciis in nobilium Borromaeorum Collegium Papiae receptus fuit; ibique triennio absoluto legalem Lauream in utroque Iure, alibique inde conspicuas dignitates perhonorifice consequutus est, adhuc in patria ingenio ac dotibus spectatissimus, Musis humanioribusque litteris addictissimus, ideoque inter Pastores Arcades Cremonensis Coloniae Fundatores, & in Collegium spectabilium Caussidicorum Cremonae adscitus, qui *Camillam de Colenghis* conspicuis Cremonae civibus uxorem duxit. *Franciscum Arisium* honorifice memorant Scriptores multi, ut centum ex iis circiter referat eruditissimus *Franciscus Brescianus* I. C. Cremonensis in fronte operis ipsius *Arisii*, quod *Praetorum Cremonae Series Chronologica* inscribitur; quibus Scriptoribus praecipue Comes *Ioannes Maria Mazzuchellus* celeberrimus, & plures alii addendi essent. Libri & opera ab *Arisio* edita sunt.

*La Tirannide soggiogata. Oratorio per S. Antonio di Padova. In Cremona presso Lorenzo Ferrari* 1677. in 4.

*Il disinganno della Gelosia. Oratorio per S. Antonio di Padova. In Cremona presso Lorenzo Ferrari* 1678. in 4.

*L' Ere-*

*L' Eresia avvelenata. Oratorio per la Festa degli Accademici Disuniti in segno d' annuo tributo al Santo di Padova Protettore della loro Accademia. In Cremona per Lorenzo Ferrari* 1680. in 4.

*Delle Poesie Parte prima consacrata all' Ecell. di D. Gio. Francesco Gonzaga Duca di Sabionetta, Principe di Bozzolo ec. In Cremona presso Francesco Zanni* 1680. *in* 12.

*Delle Poesie Liriche Parte seconda all' Illustriss. Sig. il Sig. D Luca Pertusati Conte di Castelferro, ec. In Cremona nella Stamperia di Francesco Zanni* 1684. *in* 12.

*Il Dolor superato. Oratorio per lo Venerdì Santo. In Cremona per Lorenzo Ferrari* 1681. *e* 1684. *in* 4.

*L' Ercole non favoloso. Oda per S. Antonio di Padova. In Cremona per Francesco Zanni* 1682. *in* 4.

*L' Innocenza sprigionata. Oratorio per S. Antonio di Padova. Ivi per lo stesso* 1683. *in* 4.

*La Redenzione del Mondo. Oratorio per lo Venerdì Santo. In Cremona nella Stampería del Ferrari* 1682. *in* 4.

*Il Mondo combattuto, Oda ec. in congiuntura della solenne Professione nel Monastero nobilissimo della Pace di Suor Felice Vittoria Guarnieri. In Cremona nella Stampería di Lorenzo Ferrari* 1686. *in* 4.

*Il Ritratto di San Giovanni di San Facondo Agostiniano, per la sua Canonizazione celebrata nella Chiesa di S. Agostino. In Cremona per lo Ferrari* 1691. *in* 4.

*Spectabiles Causarum Patronos ex inclyto Cre-*

*Cremonensi Collegio F. A. I. C. eiusdem Collegii recenset Illustrissimo Dom. Comiti D. Hieronymo Gambaranae &c. Placentiae ex Ducali Typographia Ioannis Bazacchi* 1697. *in* 4.

*Lettera, nella quale si dà contezza di quanto è seguito ne' primi quindici giorni, che la M. C. di Filippo V. dimorò nella Città di Cremona. In Cremona presso il Ferrari* 1702. *in* 4.

*Cremona Literata, seu in Cremonenses doctrina, & literariis dignitatibus eminentiores chronologicae adnotationes &c. Tomi* III. *in fol.* 1702. 1705. 1741.

*Il Martirio celeste per le Sacre Stimate del Santo Padre Francesco, Azione Musicale. In Cremona* 1703. *e poi di nuovo, ivi per Bartolommeo Carissimi* 1709. *in* 8.

*Il Cuore nello Scrigno. Oratorio nella Festa del Santo di Padova celebrata in Cremona. In Cremona ed in Milano per gli Eredi Ghisoffi* 1704. *in* 4.

*Il Plauso degli Elementi. Oratorio per S. Antonio di Padova. In Cremona per lo Ferrari* 1705. *in* 4.

*Senatorum Mediolanensium ex Collegio Iudicum Cremonae ab ipso erecto Senatu usque ad haec tempora continuata series, aliique eiusdem Civitatis clarissimi Viri in eundem ordinem lecti. Cremonae typis Laurentii Ferrari* 1705. *in fogl.*

*Iosephi Nigri Cremonensis Carmina iam dicata Raynutio Farnesio Cardinali amplissimo ab Auctore, verum a Francisco Arisio Euphemio Bathio inter Arcades Romae Trinepote Auctoris ex matre, nunc primum edita, quibus eiusdem*

*Arisii*

*Arisii accessere Epigrammatum libri duo Iosepho Aurelio Nigro Avunculo praestantissimo inscripti. Cremonae ex typographia Bartholomaei Carissimi 1707. in 4.*

*Cantici per le sacre Vergini Cappuccine di Cremona, in occasione della solenne Professione di Suor Maria Vittoria, al secolo Geneviefa Saveria Arisi. In Cremona per Bartolommeo Carissimi 1709. in 8.*

*Lezione di Cintio di Nico di Gattafilota sopra la Canzone del Coppetta in perdita della Gatta. Aggiuntevi alcune Annotazioni di Asirio Franco della Torre. In Gattapoli gli anni de' Berlingacci dalla perdita della Gatta CLXVIII. in 12.*

*Rime per le sacre Stimate del Santo Patriarca Francesco, dedicate all' A S. di Francesco I. Duca di Parma ec. In Cremona per Pietro Ricchini 1713. in 4.*

*Praefatio ad Lectorem*, in fronte al libro intitolato: *Provisiones Aggerum, & Dugalium agri Cremonensis nuper editae cum additionibus &c. Cremonae typis Ricchini 1713. in fogl.*

*Lettera a' Signori Autori del Giornale de' Letterati d' Italia, nella quale si risponde ad una Critica de' medesimi, che si legge nel Giornale X. 1713.*

*Narrazione dell' Apparato fatto Padri di San Domenico nella loro Chiesa in Cremona, per la Canonizazione di S. Pio V. In Cremona nella stampa del Ricchini 1714. in 4.*

*De Origine, ac Viris Illustribus insignis Oppidi Casalis Maioris Epistola ad Illustrissimum D. Carolum Thomam Molossum I. V. D. &c.* Me-

*Mediolani ex typographia Pandulphi Malatestae 1717. in fogl.*

*All' Illustrissimo e Reverendissimo Monsignor Alessandro Litta nel suo primo ingresso al Vescovado di Cremona, Oda Panegirica colle sue annotazioni in 4. In Cremona 1718. in 8.*

*Vigolo Villa amenissima dell' Illustrissimo Signor Marchese Don Francesco Rota Canc. Proposto dalla Cattedrale di Cremona. In Cremona presso il Ricchini 1718. in 4.*

*Vita di Monsignor Gianfrancesco Rota Prelato in Roma. In Roma nella stamperia di Antonio Rossi 1720. in 4.*

*La Vendemmia Baccanale Ditirambico recitato nel Giardino Vescovile della Ragunanza de' Pastori Arcadi della Colonia Cremonese. In Cremona presso il Ricchini 1722. in 12.*

*Il Tabacco masticato e fumato, Trattenimenti Ditirambici colle sue annotazioni In Milano presso Paolo Antonio Montani 1625. in 4.*

*Racconto Istorico d' alcune notabili azioni della Ven. Suor Angela Serafina Pasini Cremonese Religiosa Professa nel Monistero del Corpus Domini ec. In Cremona per lo Ricchini 1730. in 4.*

*Praetorum Cremonae Series Chronologica additis nonnullis & praecipue ad eius urbis Historiam ad Illustrissimis D. Antonium Stoppanum &c. Cremonae Praetorem &c. Cremonae apud Petrum Ricchinum 1731. in 4.*

*Il Cioccolato, Trattenimento Ditirambico, all' Illustriss. e Reverendiss. Monsig. Alessandro Litta Vescovo di Cremona. In Cremona per lo Ricchini 1736. in 4.*

*Il Canto vigesimo ed ultimo del Poema lepida*

*pido intitolato: Il Bertoldo. In Bologna per Lelio della Volpe 1736. in 4.*

*Lettera famigliare al suo cariffimo amico il Sig. Avvocato e Causidico collegiato Giulio Cesare Porri, per la morte dell' amatissimo collega il Sig. Avvocato e Causidico collegiato Giuseppe Maria Bresciani. In Cremona per lo Ricchini 1737. in 4.*

*Lettera, Iscrizioni, Annotazioni, agl' Illustrissimi Prefetti alla Ven. Fabbrica della Cattedrale di Cremona per l' erezione sulla Piazza maggiore delle sei statue di marmo di sei Santi Protettori. In Cremona per lo Ricchini 1734. in 4.*

*Ristretto di notizie della vita ed azioni del piissimo Sacerdote Cremonese Don Girolamo Balladori Rettore del Ven. Coll. del Seminario, ec. In Cremona per lo Ricchini 1738. in 4.*

*Estratto di alcune Considerazioni dall' Apologia a favore del fu Marco Girolamo Vida Patrizio Cremonese, Vescovo d' Alba, contra Giusto Visconti diretto ad un cariffimo amico ec. Venezia 1740. in 12.*

*Arisii* opera, quae manuscripta exsistunt.

*Clypeus Reorum, seu defensiones in causis diversis criminalibus. Tomi due in fogl.*

*Rime Sacre, Eroiche, e Funebri, che potrebbero formare un tomo.*

*Selva di Rime Anacreontiche sì morali, che critiche, Centurie dodici.*

*Altri Componimenti Poetici in diversi metri, la maggior parte in istile lepido.*

*Le*

*Le Corone intrecciate alle glorie di S. Giovanni della Croce, Azione per musica ec.*

*Lettere secentodiciotto scritte per la Patria nel tempo ch' era Conservatore degli Ordini, dirette a diversi personaggi qualificatissimi, tra i quali il S. Pontefice Benedetto XIII. Cardinali, Imperadore, Re, Principi, Generalissimi d' Armate, Ministri principali, Senatori, ed altri ec. Tomi due in fogl.*

*Discorso nella Ragunanza della Colonia Cremonese degli Arcadi la sera delli 18. d' Agosto 1732. nel Giardino Vescovile per la festa della solennissima Incoronazione della B. V. Lauretana colla Corona d' oro mandata da Roma.*

*Buone feste, che manda il Genitore a Suor Maria Vittoria Cappuccina, al secolo Genevieffa Saviera Arisi, cioè Lodi succ nte in versi a gloria di Dio, della B. V. de' Santi, ec. colle annotazioni, alle quali si allude.*

*Per Monsignor Marco Girolamo Vida Cremonese, celebratissimo Poeta ed Oratore, Vescovo d' Alba Pompeia, contro Giusto Visconti, discorso Apologetico*

*Seconda Apologia a favore di Monsignor Vida, e di Cremona, contro Bernardo Sacco, autore di un libro intitolato: De Italicarum rerum origine & elegantia.*

*Il Delizioso di Bordolano, Villa del Sig. Marchese Cesare Crotti descritta in versi Italiani colle annotazioni.*

*Del Cristiano, e Politico Decurione. Questioni CLII. latinamente scritte dal D. Colleg. Gian-Pietro Ala, e volgarizzate dal D. Arisii, coll' aggiunta di alcune sue osservazioni, e annotazioni.*

*Arisii*

*Arisii* opera manuscripta, quae ab incendio memorato concremata fuerunt.

*Cremona Literata &c. ab anno* 1601. *usque ad annum* 1660. *Tom. III. in fogl.*

*Cremona Literata &c. ab anno* 1660. *usque ad annum* 1727. *Tom. IV. in fogl.*

*Orazioni, e discorsi Accademici sacri e profani, al num.* 20.

*Il Viaggio divoto ed erudito al sagro Monte della Vernia nel mese di Maggio* 1719. *colla dimora colà di cinque giorni, diretto al P. Giannantonio Cavedo, compagno dell' Autore in quel viaggio, ora Vescovo di Eucarpia, e di Comacchio.*

*Raccolta di dugento, e più Autori, o sieno Scrittori, che diffusamente trattano del S. Patriarca Francesco d' Assisi, del Sacro Monte della Vernia, delle Sacre sue Stimate, e del suo Ordine, con molte erudite notizie.*

*L' Ormisda di Persia, Drama per musica.*

*L' infelice Pastor, ma fido amante, Commedia Pastorale.*

*Cento e più Sonetti da aggiugnersi alle Rime già stampate per le Sacre Stimate.*

*Epigrammi, Iscrizioni, Elogi per diverse occasioni.*

*Sonetti trecento e più, sopra diversi argomenti sacri, ed eroici.*

*Rime facete e curiose, che potevano formare due volumi.*

*La Parrucheide, dugento Sonetti, ne' quali si dà il gabbo a un Parruccante.*

AP-

# INDEX PRAEFATIONIS

## A



## B

C



Di-

## L



## M



## N



Ni-

O



P



Q



Re-

R



T



V

# ERRATA CORRIGE

## IN PARTE I. TOMI II.


Pag. lin.
121. 1. Nuceriae.
123. 24. adde post legum : studium, ut munus eius ferebat, coluit, sed quum legum studio.
124. 8. XL.
125. 11. MDCLXXXIX.
18. Episcopum.
126. 4. Mediolanensi.
127. 28. saeculi sui.
131. 5. Zangheri.
135. 32. horacorum.
144. 7. ut ab.
25. bis.
31. Bonazolio.
148. 12. ut post Bonzettos.
300. 17. supellectilem:
305. 12. *adpropinquantem*.
306. 10. *angusta*.

## IN PARTE II. SIVE APPENDICE.

45. Praef. lin. 3. lege: *Caietanum*, qui per plureis annos Hispaniarum Regi inserviit, nobilium regiorum excubitorum cohorti adnumeratus,

&

# RICHARDI ROMVLI
## *RICHARDI*
## VITA.



RICHARDVS ROMVLVS (1) ex illustri & nobili *Richardiorum* (2) familia, *Ioannem*, *Gabrielis F. Richardi N.* habuit patrem, qui eum ex *Constantia*, *Alemanni Senatoris F. Bernardi N. Medicea*, uxore anno MDXLVIII. ducta, una cum *Francisco*, *Iulio*, & *Bernardo*, aliisque liberis, sub-

(1) *Scipio Admiratus* in *Genealogica Historia Familiarum Florentinarum*, ubi de Gente *A Glaceto*, agit, *pag.* 16. scribit: *Di cui* (di S. Romolo Vescovo di Fiesole) *non sarà del tutto fuor di nostro proposito, se alcuna cosa quì aggiugneremo: massimamente poichè in fino a' presenti tempi a tutti quelli, che in Firenze, in Fiesole, ed in alcune altre Città e luoghi di Toscana, vanno a pigliar la salutare acqua del Santo Battesimo, de' nomi, che si sogliono mettere per antica osservanza della Cristiana Religione, a ciascuno vien posto per secondo quello di Romolo.*

(2) *Richardiorum* gens Germana, domo Colonia Agrippina, migravit Florentiam anno MCCCLI.

subſtulit: Florentiae autem anno MDL. VIII. KL. Martias, in Paroecia D. *Pancratii*, natus eſt, Eum, quum luſtralibus undis tingue- re-

MCCCLI. & anno MCCCLXVI. civitate donata eſt. *Iacobus*, *Anichini* F. *Richardi* N. *Adingardi* P. ob res praeclare geſtas, & quod de Eccleſia Romana, & eius ditione, & provincia Piceni praecipue, optime meritus fuiſſet, Caſtro Montis Varminii in Piceno, Apoſtolica, & sacri Concilii Conſtantienſis, auctoritate, a *Ludovico Melioratio*, Domino Firmi, & Piceni Praeſide, & *Innocentii VII*. Pont. Max. fratris filio, viro ſtrenuo, ſed paullo ferociori; (de hoc Scriptores multi, & *Muratorius in Annal Italiae ad ann. MCCCCV.* & *MCCCCXV.*) anno MCCCCXV. donatus eſt. Inſtrumentum eius donationis eſt, quod ſequitur, ex Bibliotheca Stroctiana depromtum.

*Ludovicus de Melioratis, Civitatis Firmi, eiusdem Comitatus, & nonnullarum aliarum Terrarum, pro Sancta Romana Eccleſia, & ſacratiſſimo Conſtantienſi Concilio, Generalis Vicarius, & Provintie Marchie Anconitane Rector. Ad perpetuam rei memoriam. Dignum arbitramur & congruum, ut eos gratiis & favoribus, proſequamur, quos rerum, atque operum experientia comprobante, ultra cetera virtutum merita, quibus a natura ſunt inſigniti, cognovimus fore veros, & fideliſſimos ſervitores eiuſdem Sacroſancte Romane Eccleſie, ac pacifici ſtatus illius & noſtri, qui pro eadem, licet immeriti, in dictis Terris & Provintia vices gerimus, zelatores aſſiduos. Cum itaque Vir Nobilis*

retur, *Cosmas Acciarolus*, *Matthaeus Strozzius*, & *Bernardus Masius*, de sacro fonte suscepere. Inde ad Campum Regis, vul-

✠ 2 go

***bilis Iacobus Annecbini, alias Papi, Civis Florentinus, Mercator conversans in dictis Provintiis & Terris, Vir quidem integre probitatis, multis operum testimoniis eiusdem Sancte Romane Ecclesie, nostrique Status, verus cultor, & zelator, sit comprobatus & cognitus, & in iis precipue tempestatibus atque procellis, quas proxime retro actis temporibus ipsius Sancte Romane Ecclesie status in hac Provintia perpessus est, tum in multis sudoribus & laboribus, innumerisque sue persone periculis, tum in expositione sue substantie, atque patrimonii, quod summa cum liberalitate idem Iacobus pro inveniendis pecuniis necessariis ad tuitionem dicti Status Sancte Romane Ecclesie, ac nostri, nequaquam dubitavit exponere, atque conferre, eiusdem Iacobi constans & incorrupta fides, atque devotio, claruerit; Decernimus pro huiusmodi suis meritis, quas possumus retributiones eidem rependere. Ea propter Palatium, seu Fortillitium Montis Varminis, atque agros, vineas, & possessiones ceteras, atque predia, que circa, seu apud, ipsum Fortillitium posite, & posita sunt, quorum prediorum, & agrorum, ac possessionum fines sunt, ab uno latere territorium Castri Carnassalis Comitatus Firmi, ab alio territorium Castri Porchie, ab alio Montalti, & ab alio flumen Asii; Que bona quondam fuere Domini Mathei Mathei de Fucinariis de Firmo, & ad ipsum Dominum Matheum pleno iure spectavere, & pertinuere; in presenti***

an-

go *Caregis*, suburbanam agri Florentini Villam, a nutrice educandus, missus est; in eam scilicet agri partem, in quam *Laurentius*

*autem ad nostram Firmanam Cameram ipsius Domini Mathei demeritis & delictis, quibus exigentibus rebellis damnatus fuit, cum ceteris eius omnibus bonis dicte Camere confiscata sunt, & devoluta, ac eidem incorporata, ita ut de ipsis nobis honeste & iuridice liceat disponere pro libito voluntatis; eidem Iacobo Annechini pro se suisque heredibus & successoribus in perpetuam donamus, & elargimur, & perpetuo valiture, atque irrevocabilis, donationis titulo damus atque concedimus, quoad plenum ius dominii, & proprietatis, & possessionis; ita ut de rebus ipsis eidem Iacobo, suisque heredibus & successoribus, pro eorum libito voluntatis disponere, & quocunque alienationis titulo in aliam quancumque personam, cum voluerit, transferre licitum sit. Salva tamen semper & reservata iurisdictione tam in Criminalibus, quam Civilibus, causis Communis Firmi, in cuius Comitatu dictum Fortillitium, & possessiones esse noscuntur. Concedentes ex nunc eidem Iacobo Annechini, ut tam per se, quam per quemlibet eius procuratorem, seu nuntium, absque alia requisitione, sive licentia, possit & valeat sua propria auctoritate possessionem & tenutam ipsius Fortillitii, & ipsarum possessionum ingredi, & apprehendere, apprehensam sibi tueri, atque defendere. Ad que omnia processimus, & procedimus, exigentibus meritis ipsius Iacobi, & ex auctoritate, potestate, atque arbitrio, & baylia, nobis ab Apostolica Sede, atque* pre-

*tius Medices* ille magnanimus & famigeratus Musas ex Aonio monte deduxerat, & Philosophos eruditosque viros in sua Villa lau-

✠ 3 te

*prefatis Romana Ecclesia, & Constantiensi Concilio, tam quo ad offitium Rectoratus dicte Provintie Marchie, quam Vicariatus dicte Civitatis Firmi, & aliarum Terrarum, plene concessis, & attributis, omnique modo, via, iure, & forma, quibus melius, & validius predicta effectum possint sortiri. Mandantes omnibus & singulis Offitialibus prefate Romane Ecclesie, atque nostris, ceterisque, cuiuscunque conditionis existant, personis in dicta Provintia, & precipue in dicta Civitate Firmi, eiusque Comitatu, tam nunc, quam in futurum, constitutis, & existentibus, quatenus predicta omnia prout supra disposita firmiter inviolabiliterque custodiant, & pro posse faciant custodiri, & observari. In quorum testimonium has fieri iussimus, nostrique Sigilli munimine roborari. Et ad maius robur nostra etiam propria manu subscripsimus.*

*Dat. in Grifalco nostro Firmano, die ultimo Iunii, Millesimo quadringentesimo decimo quinto, Indictione octava, Apostolica Sede Pastore vacante.*

*Ludovicus manu propria.*

*Locus Sigilli* ✠ *Iohannes de Mediolano Cancellarius mandato memorati magnifici Domini scripsi.*

*Iacobus* autem hic, qui anno MCCCCXIV. Lanificii Florentini Matriculae adscriptus reperitur (huiusmodi aditus erat ad Reipublicae Floren-

te ac splendide excipiebat, litterariosque coetus celebrabat, quasi rerum fata proluderent, & qualis Musarum cultor, & quam lit-

te-

rentiae honores capessendos) ut liquet ex Matricula anni MCCCCXIV. *pag.* 110. Firmi diem supremum obiit anno MCCCCXXVI. condito testamento, quod *Ricciardus Colae*, seu *Nicolai F.* a Firmo, Tabellio rogatus exaravit. Quam vero dives & locuples ille fuerit, constat etiam ex antiquo Codice Archivi Richardiani, in quo descripta sunt omnia, quae *Iacobus* in Firmiana Civitate, & confinibus locis, negotiabatur. Inter cetera vero anno MCCCCXII. *Rodulpho Gentilis F. a Varano*, Camerini Domino, de quo laudatus *Muratorius Annal. Ital.* ad annum MCCCCXV. & *Sansovinus* in *Famil. Ital.* agunt, maxima praesidia ad eius ditionis conservationem praestitisse cognoscitur. Vt enim id semel dicam, Florentini omnes per ea tempora, etsi nobiles patriciique ordinis, essent, cum in Etruria, tum in exteris regionibus, mercaturam faciebant, ut omnes Historiographi docent; & id nobilitati minime officere, immo decus addere, arbitrabantur. Quum vero anno MCCCCLX. *Domnus Simon quondam Iacobi de Parma, Prior Monasteriorum & Conventuum Sanctorum Mariae & Gorgonii de Insula Gorgone, & Mariae & Ioannis Evangelistae Vallis Gratiosae de Calci, Pisanae Dioecesis, Ordinis Carthusiensis, ad invicem auctoritate Apostolica unitorum*, venia impetrata a D. *Francisco*, Priore Generali Ordinis Carthusiani, bona quaedam permutandi, & in emphyteusin concedendi, & domunculas quasdam Pisis,

Li-

terarum studiosus, infans olim evasurus esset, fausto omine portenderent; Hic enim reliquorum fratrum natu maximus, licet opulen-

 4 ta

Liburni, & Calcinariae, sitas, ac palatium ruinosum iuxta Monasterium exstans, vendendi, evitare vellet expensas, molestias, & incommoda, *in his, quae spectant ad gubernationem, defensionem, custodiam, & reparationem Castrorum*; quumque ipsum Monasterium haberet *in partibus Vallis Herae, Comitatus, & Districtus Pisarum, Castrum & Fortilitium Alicbe*, multasque *possessiones, & praedia*; *Quumque Ricchardus quondam Iacobi Riccardi de Florentia, civis & mercator Florentinus Pisis commorans, qui semper continuo fuit, & est, singularissimus benefactor, & coadiutor, & subsidiator, ac devotissimus filius*, Ordinis prelibati, intellexisset Monachos illud Castrum, & multa praedia, in emphyteusin locare animum induxisse: eosque ut sibi locarent rogavisset; Monachi *locaverunt, dederunt, & concesserunt ad livellum & in emphyteusim honorabili viro Ricchardo quondam Iacobi Riccardi, civi & mercatori Florentino, presenti & recipienti pro se, & Domina Lucretia presenti uxore sua &c. Caratos quatuordecim integros, pro indiviso cum supradicto Monasterio, Castri & Fortilitii Alice*, cum domibus, praediis, agrisque, qui ad CLIV. recensentur in instrumento Tabularii Richardiani, ex quo patet, mox etiam *alios decem caratos* eiusdem Castri eumdem *Richardum* in emphyteusin conduxisse, in cuius Castri possessionem Monachi anno MCCCCLXII. illum miserunt. Itaque *Ri-*

*char-*

ea domo, & peramplis divitiis, beatus, in deliciis mollem inertemque vitam transigere indignatus est; & ingenium, quod perspicax vi-

chardus anno MCCCCLX. uxorem habuit *Lucretiam*; & pro ea etiam, eiusque filiis Castrum Alicae, & amplissima latifundia, a Monachis Carthusianis conduxerat; quum difficillimis illis temporibus nonnisi vir ditissimus, ut *Richardus* erat, Castrum tueri, & tot praedia colenda curare, posset. Patet autem ex Codice publico Decimarum, hunc anno MCCCCLXIX. iam aliam uxorem duxisse: & vere duxerat anno praecedenti, quantum ex certis coniecturis intelligere datur. Duas igitur uxores *Richardus* habuit, *Lucretiam* prius, & *Iuniperam* posterius, ductam. Ex *Lucretia* quidem genuit anno MCCCCLXIII. *Bartholemaeum*; anno sequenti *Iacobum*. Anno vero MCCCCLXV eadem uxor ei peperit *Franciscum*, qui militari virtute praestitit; & insequenti anno *Mariam*; tandemque anno MCCCCLXVII. *Ioannem*. Hoc, vel insequenti, anno *Lucretia* uxor naturae concessit. Altera autem novaque uxor anno MCCCCLXX. *Mariam Magdalenam* ei peperit; & anno MCCCCLXXVI. *Mariam*; quae anno MCCCCLXXVII. fato functa fuisse videtur. Anno MCCCCLXXX. *Richardus* ex eadem coniuge *Franciscam*, anno MCCCCLXXXII. *Rodulphum*; anno MCCCCLXXXV. *Dianoram*; anno MCCCCLXXXVII. *Gabrielem*, sustulit. Haec omnia heic recensere abs re esse non duxi, quod multum lucis Genealogiae Richardianae foeneratura videam; maxime distinctis duabus *Ri-*

*char-*

vividumque a natura sortitus fuit, litteris, & liberalibus disciplinis, excoluit. Et profecto credibile est, *Ioannem* patrem, virum gravem atque sapientem, & fortunae bonorum ditissimum, omnes curae, & solicitudinis,

*chardi* uxoribus, quarum prima *Lucretia* ex superius laudato Instrumento innotescit. Huius igitur *Richardi* filius *Ioannes*, clarus virtute, & armis, fuisse videtur, quare &, Aurei Calcaris ordinis Eques fuit; hinc in epitaphio *nobilis atque potens Miles* dicitur: *Militum* enim nomine per ea tempora minus culta & semibarbara *Equites* saepe significabantur. Huius *Ioannis* sepulcrum, in quo eius effigies cataphracta, & armis instructa, insculpta est, exstat Pisis in templo Carmelitarum, in aedicula *Richardiorum*, & inscriptio ita habet.

FLORENTINE IACES CIVIS HIC RICCARDE IOANNES
NOBILIS ATQVE POTENS MILES, ET INDE TVI.
OBIIT ANNO DOMINI MCCCCCXVII. MENSE SEPTEMBRI.

Anno MDXXI. *Gabriel*, *Richardi* F. *Iacobi* N. *Richardius*, inter *Bonos Homines*, quos vocant, seu XII. Viros Reip. Florentinae, qui unus ex principibus Magistratibus est, cooptatus occurrit. Anno autem MDCXXIX. *Ferdinandus II.* Magnus Etruriae Dux, concessit in beneficium *Cosmae*, & *Gabrielis*, *Francisci* Fil. Senatoris, *Richardiis*. Castrum Clanni, & Montis Vasi Melaeque, in Pisano agro, ditiones, *Marchionum* eos titulo insigniens. Diploma datum est praedicto anno, XV. KL. Maias. Anno autem MDCXXXIV. Castrum Rivalti iis accessit.

pis, nervos in optimam RICHARDI pueri institutionem intendisse, & eius in bonas artes propensioni calcar omnimodis addidisse. Adde, quod pueri indoles ad huiusmodi studia natura proclivis, magna insuper habuit popularium suorum exempla, quibus ad multiplicem, castigatam, exactamque, eruditionem comparandam continuo incitaretur. Quin, nec domestica quodammodo ei defuerunt, quum *Bernardus*, *Alemanni F. Medices*, RICHARDI proavus, ut videtur, maternus, non spernendus Poeta fuerit, cuius carmen manu exaratum in Bibliotheca Riccardiana (1) adhuc exstat, ab RICHARDO ipso probabiliter acquisitum; & huic *Bernardo* tria Italica Epigrammata *Franciscus Ruffius* anno MCCCCXCVII. vati vates inscripsit (2). Viros quoque doctos ac celebres in patria praeceptores commode nactus est, ex quibus absolutam doctrinarum cognitionem hauriret. Per ea enim tempora Floren-

tiam

(1) Codex est XXIV. in *Pluteo O. Ordine II.* in quo exstat Epigramma Italicum huius *Bernardi* cum titulo: *Sonetto di Bernardo d' Alamanno de' Medici in rispofta ad un Sonetto di Rossello d' Antonio Rossellι: che era adiritto a Giovanni di Cosimo*. Hic *Ioannes* filius erat *Cosmae Medicei*, mortuus anno MCCCCLXIII. ut scribit *Farullius*.

(2) Exstant in Codice Richardiano XXIV. *Pluteo O. Ord. IV.*

tiam scientia sua, & eruditione, illustrabant, *Petrus Victorius* ille litteratissimus; *Leonardus Salviatus* Eques; *Ioannes Baptista Hadrianius*; *Vincentius Borghinius Monachus* (1); *Benedictus Varchius* (2); aliique viri praestantissimi, qui studiis egregiis praeclarum nomen quaesiverunt. RICHARDUS igitur litterarum amore flagrantissimus in huiusmodi virorum disciplinam se dedidit, & adeo in doctrinas & ingenuas artes incubuit; tam sedulo ac diligenter, optimos quosque Auctores perlegit; ut in ipsa adolescentia conquisitae scientiae, excultique ingenii, specimina praeclarissima dederit. Id *Petrus* ipse *Victorius*, vir eminentissimus & celeberrimus, verbis disertissimis testatur *Libro XXXVIII. Variarum Lectionum Cap. IX.* Illa autem heic describere operae pretium esse duco, quod non tam eruditionis, quam morum & probitatis, RICHARDI testimonium luculentum contineant. *Magnum damnum*, inquit, *Latinus sermo fecit*, *quod Libri sex Pom-*

*peii*

(1) Mortuus est anno circiter MDLXXX. si *Iulio Nigro* credimus.

(2) Hic vita functus est anno MDLXVI. eodem *Nigrio* auctore. Huius opera varia MSS. exstant in Bibliotheca Richardiana, & de eius stirpe, parentibus, ortu, patria, obitu, plura habes in Codice XXVI. eiusdem Bibliothecae *Pluteo Q. Ord. IV.*

*peii De Significatione verborum, vetustate paene consumti sunt: diligens enim hic, & eruditus Grammaticus multa notarat, quae valde pertinent ad rationem ipsius aperiendam, ac veterum consuetudinem tradendam, cunctaque illa summo studio testimoniis Auctorum confirmarat. Declarant, quanta utilitas inde capi potuerit, reliquiae paucae ipsius, quae exstant, licet mancae, atque interruptae. Huic gravi malo remedium, quod potuit, adhibuit doctissimus & optimus vir Antonius Augustinus: ut enim vestigia ipsius, quae restant, curavit excudenda, cuiuscumodi illa erant; ita locos complures eiusdem subplevit, atque interpretatus est. Quum autem in illis suo loco legatur,*

Neutiquam

cum ait sec

lorum aspect

neutiquam

*venit in mentem Riccardo Riccardio probo, & erudito adolescenti, & quem ego propter suavissimos ipsius mores valde diligo, legi debere, quod ad exemplum facit*, Sed mihi neutiquam cor consentit cum oculorum aspectu: *qui versus antiqui Tragici, apud eum ab Alcmaeone pronunciatus, legitur nunc in Libro de Academicis Quaestionibus, qui vocatur Lucullus, duobus locis; priore integer, posteriore dimidiatus. Quum autem id verum omnino putem, volui ipsum in his*

*meis*

*meis Libris memoriae prodere; faveo enim bonis ingeniis, ipsaque, quacumque ratione possum, orno*. Ex his *Victorii* verbis coniicere est, & RICHARDVM eius auditorem fuisse, & arcta ipsius familiaritate usum; quod quidem magnum est RICHARDI eruditionis, & in doctos eruditosque homines propensionis, argumentum: At RICHARDVM fuisse *Petri Victorii* discipulum, Epistola eruditi viri Romae ad eum anno MDLXXVIII. scripta, quam inferius producemus, diserte ac luculente testatur. Quum autem *Victorius* XIII. *Variarum Lectionum* Libros posteriores anno circiter MDLXVIII. ad umbilicum deduxisse videatur, & RICHARDI in postremo libro meminerit; heinc elucet atque eminet, quum pereruditus adolescens locum *Sex. Pompeii* supplevit, annos natum circiter duodeviginti fuisse. Graecanicae quoque litteraturae eum operam dedisse, perspectum exploratumque est, quum praeceptor eius *Victorius* Graecae linguae cognitione praestiterit, & omnes ad Graecam eruditionem comparandam vehementer exhortaretur, ut eius Orationes late perspicueque demostrant. Vere etiam *Victorium* laudans *Io. Casa* cecinit:

*Vber enim sicut ager, ruraque pampino*
*Mitis florida Iacchi, & Bromio, & frugibus oppida*
*Circum plena hilarant, muneribus dives Apollinis.*

*Etru-*

*Etruscos populos ingenii fruge bona bonos*
*Ille enutrit alens. Sic senior vertice Pelii*
*Olim Phyllirides frondifero semifer uberi*
*Graios nobilium seminio dicitur artium*
*Ditasse.*

Insuper RICHARDUS in suo Museo Graecas inscriptiones antiquas (1) congessit, & in sua Bibliotheca multos Graecos codices (2) reposuit. Sed eius Graecanicae eruditionis peritia ex eo etiam evidenter exsistit, quod Graecorum Auctorum locos similes *Franc. Petrarchae* carminibus, sua manu, in ora libri, Graecis litteris Graece adscripserit, ut ex eorum carminum codice, quo usus est, & qui apud eius posteros (3) adservatur, liquido pa-

(1) Illae sunt septem sine aliis quibusdam, quae in Museum Mediceum translatae fuere, de quibus vide, quae ipse commemoro in Epistola de Attica Inscriptione Richardiana ad *Angelum Mariam Bandinium* pag. LXXXIX. & in *Ephemeridibus Litterariis* anni 1745. pag. 417.

(2) Codices Graeci a *Richardo* comparati, & qui adhuc in Bibliotheca suae gentis exstant, sunt circiter LXX. quorum multi plane insignes, & in quibus non pauca inedita. Codicum omnium MSS. Bibliothecae Richardianae Catalogum publici iuris facere iam adgressus sum. Quosdam etiam recensui in Libro *De Eruditione Apostolorum Cap. XIII.*

(3) Hunc Codicem excusum Venetiis anno MDLIX.

patet. Quin tanto amore Graecorum Scriptorum cognoſcendorum exarſiſſe videtur, ut viri Graece eruditi ad eum, tamquam φι-
λέλ-

MDLIX. ſervat adhuc Richardiana Bibliotheca & obſervationum *Richardi* ſpecimen in medium adduco *Petrarchae* Epigramma inſequens, quod Partis I. eſt CLXXXIV.

*Il cantar novo, e 'l pianger degli augelli*
*In ſul dì fanno* riſentir *le valli*,
*E 'l mormorar de'* liquidi criſtalli (*a*)
Giù per lucidi freſchi rivi e ſnelli.
*Quella, ch' ha neve il volto, oro i capelli;*
*Nel cui amor non fur mai inganni nè falli;*
*Deſtami al ſuon degli amoroſi balli,*
*Pettinando al ſuo vecchio i bianchi velli.*
*Così mi ſveglio a ſalutar l' Aurora,*
*E 'l Sol, ch' è ſeco, e più l' altro, ond' io fui*
*Ne' primi anni abbagliato, e ſono ancora.*
I' (*b*) gli ho veduti alcun giorno ambedui (*c*)
Levarſi inſieme; e in un punto, e 'n un ora,
Quel far le ſtelle, e queſto ſparir lui.

In hoc autem ita commentatus eſt in ora libri *Richardus*, quum verba, & verſus illos, quos rotundo charactere deſcripſimus, linea ſubſcripta ſignaſſet. (*a*) Polit. 25 *Drento al vivente & tenero criſtallo*. (*b*) Tradotto da *Quinto Catulo*, poſto da *Cicerone nel* I. *De Natur. Deor.* 34. Traduſſono a gara il medeſimo Epigramma di *Catulo* il *Caro*, il *Ranieri* in due Sonetti, & Meſſer *Gio. Batiſta Strozzi* in un Madrigale, molto elegantemente. (*c*) 196. Amendui.

Haec igitur *Richardus* adnotavit ad hoc *Petrar-*

λέλληνα, & Criticum etiam, ut arbitror, suas Graecorum Auctorum in Tuscanicam linguam translationes miserint, quo ad tam acris iudicii normam eiusmodi lucubrationes exigerent. Itaque vir eruditus, seu ex *Hadrianiis* aliquis fuerit (1), seu *Franciscus Strozzius*, seu *Ioan-*

*trarchae* Epigramma, & postrema Adnotatio varians lectio est; quas lectionum varietates passim adscribit. Describsissem utique Adnotationes quasdam copiosiores ad alia Epigrammata, si scriptio adeo lectu difficilis non fuisset. Graecarum autem Adnotationum specimina sunto:

Ad Epigram. CLXXXV. Part. I. vers. *Di quella fronte più, che 'l ciel serena.* Demet. 45. φανερότερος εὐδίας.

Ad Epigram. CCLI. Part. II. vers. *Quand' io veggio dal ciel scender l'Aurora.* Homerus II. Iliad. 54.

Ἠὼς μέν ῥα θεὰ προσεβήσατο μακρὸν ὄλυμπον.

Theocrit. Idyl. 13.

Ad Oden ultimam, ad illud: *Fecero tua verginità feconda.* Sophocl. Oedip.

....., τόκοισίντε ἀγόνοις γυναικῶν.

Versum *Idyllii XIII. Theocriti*, quem innuit, & non refert, puto esse illum:

Οὐδ' ὅκχ' ἁ λευκιππος ἀνατρέχει ἐς διὸς ἀῶς.

(1) Duo enim per ea tempora fuerunt *Hadrianii* eruditi, *Io. Baptista*, cuius superius meminimus: & *Marcellus* eius filius, qui anno MDCIV. supremum diem obiit, ut scribit *Nigrius*.

*Ioannes a Falgano* (1) ipsius *Victorii* discipulus, & RICHARDI συμφοίτης, seu ex Florentinis Litteratoribus alius; (nam *Victorius* quidem non est, ut ex αὐτογράφων utriusque Scriptoris litterarum comparatione (2) constat) ut RICHARDI genio litaret, eximium *Dionysii* Halicarnassensis opusculum, quod περὶ ὀνομάτων συνθέσεως inscribitur, in Italicum sermonem convertit, & viro illo eruditissimo nuncupavit. Illud quidem manu exaratum & αὐτόγραφον in Richardiana Bibliotheca adhuc exsistit; & animi pendent lectores, elegantius an fidelius Graeca verba mutata Italicis fuerint (3). At dum RICHARDUS Mu-

 fis

(1) *Ioannis a Falgano* in Bibliotheca Richardiana exstat manu exarata Versio Italica Cynegetici *Petri Angelii Bargaei*, in Codice XIX. *Pluteo O. Ord. IV*. In Magliabechiana vero est Versio Italica *Batrachomyomachiae*, & *Dion. Longini de Sublimitate*.

(2) Consului enim eximium codicem Epistolas eruditorum virorum, & *Petri Victorii* inter alios, continentem, qui in Stroctiana Bibliotheca adservatur, & comparata cum illis scriptione Richardiani codicis, non esse hunc manu *Victorii* exaratum deprehendi.

(3) Huius Italicae translationis elegantis specimen do ipsius Commentarii principium.

*Auch' io 'n don questo, part' o char ti dono: così, come appo Homero disse Helena accommiatando con hospitale presente P. hospite. Tele-* *ma-*

sis & litteris vacat, anno MDLXV. Magnus Etruriae Princeps *Franciscus*, *Cosmae I.* fi-

*macho, a te dissi, il quale hoggidì celebri il primo natale, da che arrivato sei alla età virile, festa piacevolissima, & horrevolissima delle feste a me. Salvo che delle mani mie lavoro non mando io a te, sì come disse ella essere delle sue proprie mani quello, che ella al giovinetto diede, manto; nè buono a mettersi indosso altresì, come il detto, per la Primavera delli sposalizii appunto, & a procacciare la grazia della sposa; ma opra certo, & germe della maestria, & dell' anima mia. Oltre a di ciò arnese & utensile a quante bisogne all' humana vita avvengano per mezzo de' ragionamenti, a tutte utile, necessarissima sopra ogni arnese, se pur anch' io mi trovo di qualche cosa di quelle, che si deono, intendente; a tutti li huomini parimente, i quali vadano i civili ragionamenti exercitando in qualsivoglia età & abito si trovino viventi; & sopra a tutti a voi fanciulletti, i quali novellamente tale disciplina assaggiate, o Rhupho Militio, nato di padre optimo, & a me degli amici miei honoratissimo &c.*

Huius autem contextus Graecus ita habet:

Δῶρόν τοι ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι, καθάπερ ἡ παρ' Ὁμήρῳ φησὶν Ἑλένη ξενίζουσα τὸν Τηλέμαχον· πρώτην ἡμέραν ἄγοντι ταυτηνὶ γενέθλιον, ἀφ' οὗ παραγέγονας εἰς ἀνδρὸς ἡλικίαν, ἡδίστην καὶ τιμιωτάτην ἑορτῶν ἐμοί· πλὴν οὔτε χειρῶν δημιούργημα πέμπω σοὶ τῶν ἐμῶν,

ὡς

filius, uxorem duxit *Ioannam Ferdinandi I.* F. Augusti, & *Maximiliani II.* item Imperatoris, sororem; natam Hungariae & Bohemiae Reginam (1); quarum nuptiarum occasione grandia publicae laetitiae documenta Florentini dederunt, quum inter cetera *Pius IV.* Pont. Max. ipsum *Carolum Borromaeum*, sororis filium, Cardinalem, secundum obitum ἀποθεώσει inter Superos relatum, Legatum ad nuptias divinum auxilium rite adprecandum misisset; *Laur. Priulus* vero, a Rep. Veneta ad Magnum Ducem



ὡς ἐκείνη ἔφη διδοῦσα τῷ μειρακίῳ τὸν πέπλον· οὔτε εἰς γάμου μόνον ὥραν, καὶ γαμετῆς χάριν, εὔθετον· ἀλλὰ ποίημα μὲν καὶ γέννημα παιδείας καὶ ψυχῆς τῆς ἐμῆς, κτῆμα δέ σοι τὸ αὐτὸ καὶ χρῆμα πρὸς ἁπάσας ἐν τῷ βίῳ χρείας, ὁπόσαι γίνονται διὰ λόγων, ὠφέλιμον, ἀναγκαιότατον ἁπάντων χρημάτων· εἴ τι δὴ κἀγὼ τυγχάνω τῶν δεόντων φρονῶν· ἅπασι μὲν ὁμοίως τοῖς ἀσκοῦσι τοὺς πολιτικοὺς λόγους, ἐν ᾗ ποτ' ἂν ἡλικίᾳ τε καὶ ἕξει τυγχάνωσιν ὄντες· μάλιστα δὲ τοῖς μειρακίοις τε καὶ νεωστὶ τοῦ μαθήματος ἁπτομένοις ὑμῖν, ὦ Ῥοῦφε Μελίτιε, πατρὸς ἀγαθοῦ, κἀμοὶ τιμιωτάτου φίλων κ. τ. λ.

(1) Vide ad hunc annum *Io. Bapt. Hadriani Histor. Florent.* & *Scip. Admirati* pariter.

Orator hac de caussa ablegatus fuerit, & oratione (1) habita pariter hasce nuptias dignis laudibus tulerit, & *Petrus Angelius* (2) Bar-
gaeus

(1) Haec oratio exstat in codice Richardiano XI. *Pluteo Q. Ordine IV.* Initium ita habet: *Illustrissimo & Eccellentissimo Principe. Così come la Serenissima Signoria con veri e chiari segni d'amicizia ha cercato in ogni tempo di far conoscere all' Eccellentissimo Sig. Duca Padre Vostro, e per l' innanzi a tutta l' Illustrissima Casa Vostra, la molta affezion sua; così ora nell' occasione di queste sue nozze ha voluto mostrare a V. E. la sua continuata ottima volontà, nel fare che per nome di lei assistessi alle solennità di questo suo matrimonio, ed in tante allegrezze dell' E. V. e di questa sua Città; anzi in vece di tutta l' Italia rappresentassi il buon animo suo, e il molto piacere, che sente di questa sua onorata congiunzione &c.*

(2) Hic in eo Epithalamio ita de parentibus adgnatisque *Ioannae* Reginae scribit.

*Tu quoque magnorum fortunatissima Regum*
*Progenies: fratrumque soror, quarum alter Iberis*
*Imperat, atque Italum certas moderatur habenas,*
*Ammericamque domat toto procul orbe revulsam*
*Ignotamque diu mortalibus. Alter ad Arcton,*
*Qua patet, & latos profert Germania fines,*
*Sceptra gerit, populisque ad se dat iura vocatis,*
*Imperiumque ingens omnis regit arbiter orbis &c.*

gaeus eas Epithalamio scripto celebraverit; si inter Principes viros egregius quoque Poeta qui memoretur dignus est. Fuit vero hic annus Genti *Richardiae* funestus, quum *Gabriel*, *Ioannis* pater, *Richardi* avus, anno aetatis suae LXXVIII. supremum diem obierit, qui anno MDXIX. *Nanninam*, seu *Ioanninam*, *Petri* F. *Francisci* N. *Oricellariam*, eximiae nobilitatis feminam, coniugio sibi iunxerat, & ex ea laudatum *Ioannem* genuerat, atque *Franciscam*, quae anno MDXLIV. *Carolo*, *Nicolai* F. *Iacobi* N. *Paganellio* viro patricio nupsit. Sed & *Mediceae* domui fuit etiam luctuosus, si ex iis, qui fortiter strenueque pro patria religione dimicando occubuerunt, luctus oriri potest; nam quum Melita Insula Turcica obsidione premeretur, *Hasdrubal Mediceus*, *Hippolyti* Cardinalis filius nothus, in pugna cecidit; illuc enim a Magno Duce suppetias Melitentibus Equitibus ferente missus fuerat (1). Hic idem & sequens annus Florentinis quoque eruditis, & literaturae politioris amantibus, non parvum moerorem adtulit ob *Petrum Carnesecchium*, Canonicum Florentinum, eruditione, favore Principum, & populari amore, memorabilem, a *Cosma* Magno Duce traditum in Quaesitorum Fidei Romanorum custodiam ducendum; quum inso-

 len-

(1) *Admiratus Histor. Flor.* ad hunc annum.

lentium pravorumque in caussa religionis dogmatum reus actus fuisset. Nam *Pius V.* Pont. Max. homo siquis alius subspicax in his rebus atque severior (1), Magistro Sacri Palatii Florentiam hac de caussa misso, eum a Magno Duce petiit & obtinuit; ac Romam ductum mense Augusto anno MDLXVII. capite plexum flammis absumsit (2). Quo quidem anno *Richardius* alter, *Iacobus* videlicet, *Radulfi* F. *Richardi* N. naturae concessit. Sed iam undevicesimum aetatis suae annum RICHARDVS agebat, vertebatque annus Epochae Christianae MDLXVIII. quum fatis in *Richardiam* Gentem saevire pergentibus, *Richardi* pater *Ioannes*, non adeo provecta aetate, fato functus est, & in D. *Pancratii* (3) sepultus fuit. *Ri-*

(1) Vide *Admiratum Histor. Florent.* ad annum MDLXXII.

(2) De *Petro Carnesechio* Florentino consulendi *Io. Baptista Hadrianius* & *Scipio Admiratus* in *Hist. Flor.* ad hunc annum; *Iacob. Aug. Thuanus* in *Histor. Iacob. Laderchius* in *Annal. Eccles.* ad annum 1566. & 1567. *Io. Georgius Schelornius* in *Amoenitatibus Ecclesiasticis Tom. II.* Laudatus *Laderchius* Epistolam profert, quam *Pius V.* Pont. Max. hac occasione *Cosmae* Magno Duci scripsit; & aliam, quam ad eumdem Cardinalis Alexandrinus dedit.

(3) Ecclesia Florentiae perantiqua, olim extra moenia, nunc intra; quam Monachi Vallumbrosani modo habent.

*Richardii* siquidem, *Iacobus* laudatus, & *Alexander*, *Rodulfi* filii, anno MDXXXIV, ab *Ludovico* & *Petro*, *Bencivenni* filiis, *Scarfiis* aedes templo & Monasterio D. *Pancratii* proximas emerunt, & una cum aedibus aediculam *Scarfiorum*, quae in eo templo est, adquisiere. Hinc non mirum, si in hoc D. *Pancratii* templo aediculam illam splendidam ac sumtuosam effecere, subterraneumque sepulcretum exstruendum posteri curaverunt (1), & anniversaria iusta suorum manibus persolvenda, initis cum Monachis Ecclesiae dominis pactis & conventis, constituere (2). Eo luctu perculsi *Richardii* habuerint tamen moeroris lenimentum a communi laetitia & plausu, quo hoc eodem anno vere ineunte *Carolus* Austriae Archidux Florentiae exceptus est, Magno Duce *Cosma*,



(1) Illam aediculam absolvit *Cosmas*, *Francisci* F. *Richardius*, Dynasta munificentissimus, dedicavitque anno MDCCXIX. ut haec Inscriptio sub ara adposita indicat:

D. O. M.

IN HONOREM VIRGINIS SALVTATAE DEIPARAE SACELLVM. SIBI TVMVLVM SVISQVE. RENOVANDVM SVSCEPERAT FRANCISCVS COSMI MARCH. RICCARDII FIL. SED MORS INCOEPTA VETVIT. PIETATIS HAERES ET PARENTANDI STVDIO COSMVS MARCH. F. EXPLEVIT A. S. MDCCXIX.

(2) Id constat ex monumentis Archivi Richardiani.

& *Francisco* filio, & universa civitate, eum multo honore prosequentibus (1). Sed maiori RICHARDVS, una cum aliis Florentinis, laetitia adfectus fuerit, siquidem Principis honores in subditos populos refunduntur, quum *Pius V.* Magni Ducis titulo *Cosmam* Principem decoravit, misso Florentiam *Michaele Bonellio*, Cardinalis Alexandrini fratre (2), qui tantae dignitatis insignia, sceptrum, coronam, pallium, ei ferret (3). Sed quo melius dolorem tristitiamque omnem RICHARDVS adlevaret, a curis & deliciis eruditis habuerit. Hoc enim eodem anno MDLXIX. *Scipio Admiratus*, Lyciensis civis, quamquam antiqua origine Flo-

(1) V. *Admiratum* in *Hist. Flor.* ad hunc annū.

(2) *Georg. Marchesius* in *Museo Honoris Par. I. p.* 285. *Admiratus Histor. Flor.* ad hunc annum. *Ald. Manutius* in *Vita Cosmae I. Laderchius Annal. Eccl.* ad hunc annum. *Fleury Hist. Eccl.* Cardinalis Alexandrinus fuit *Michael Bonellius*, *Cardinae*, *Pii V.* sororis, filius, ut scribit *Ciacconius*. Bulla autem *Pii V.* qua *Cosmam* eiusque successores Magnos Duces Etruriae creat, in medium adducitur a *Manutio* in *Vita Cosmae*, & a *Laderchio* loco citato.

(3) *Cosmas* Magnus Dux literis, & Legatis ad Europae Principes missis, de hac re eos certiores fecit: eorum tamen multi id aegre tulerunt. In codice Richard. XXI. *Plut. Q. Ord. II.* est Epistola *Cosmae* hac de re ad Ducem Sabaudiae, data die XI. Decemb. an. MDLXIX. eiusque Responsum scriptum die XXVII. eiusdem mensis, & eodem anno.

Florentinus, anno aetatis suae XXXVIII. & postquam inter Clericos cooptatus fuerat XVI. (1) Florentiam se contulit, & praeclara suae eruditionis specimina praebuit, egregiis commentariis in lucem editis. Cum hoc statim docto homine eruditus RICHARDUS amicitiam contraxit, ingenium eius, & scientiam, aliasque eximias animi dotes, demiratus; & illico aliquid pro sua virtute egit, quo illustrem advenam, sed rerum multarum indigum, utpote domesticae rei angustia pressum, in sui amorem & benevolentiam incredibiliter raperet; quod quidem omne altius repetitum expediam. Vir animi praestans Neapoli fuit, *Alfonsus Cambius Importunius*, Florentinus, Equestribus Ordinis Stephaniani insignibus, decoratus (2), qui cognitione litterarum, ac Poesi Italica in primis, & Bibliotheca instructissima, eruditi hominis opinionem collegerat; & eius quidem carmina concinna, & eleganter deducta, adhuc in Bibliothecis adservantur, ut *Iulius Nigrius* de *Scriptoribus Florentinis* agens testatur. Hic *Scipionis Admirati*

(1) Testatur id *Admiratus* in Epistola quadam. Is quidem ille natus fuerat anno MDXXXI. a. d. V. KL. Octobr.

(2) Vide de hoc *Georg. Marchesium* in suo *Museo Honoris Par. I. pag.* 322. *Iulium Nigrium* in *Scriptoribus Florentinis*; & *Admiratum* in *Genealog. Gentis Cambiae Importuniae*, & *Miscellaneis*.

*rati* amicissimus fuit, & tamdem, quum ad Cypriam expeditionem a *Marco Antonio Columna* anno MDLXX. duceretur, marinis incommodis fractus, morbo correptus est, & in Cytheris (1), Graeciae Insula, in ora Peloponnesi, supremum diem obijt, non ita maturo funere; nam anno MDXXXV. natus erat. Nuncio eius mortis accepto, *Admiratus*, qui magno eum, utpote probum & litteratum virum, amore prosequutus fuerat, amici hominis memoriam colere voluit, & eius manibus quodammodo parentare, Genealogicam Gentis *Cambiae Importuniae* Historiam contexens, quam RICHARDO inscripsit, quod vir largus, atque munificus, ut erudito homini gratificaretur, pecuniae summam, qua ad eam formis describendam opus erat, liberaliter subpeditasset; quare ita eam auspicatus est: *Domino Richardo Richardio. Ego in meis Parallelis Ducem Sessae, gente Hispaniensem, qui Lautrechio Imperatori Gallo, & sui Regis hosti, tumulum posuit, comparaveram L. Cornelio, qui Romanus quum esset, exsequias sumtuosas, atque magnificas, Hannoni Duci Carthaginiensi, & Romani Populi hosti, faciendas curavit:*

(1) De hac Insula quaedam delibavi in Tomo VII. *Deliciarum Eruditorum*, ubi de *Maximo Margunio* Cytherorum Episcopo egi, eius Epistolas publici iuris faciens.

*vit: actus quidem non magnanimi tantum, & militares, sed humani etiam, & civilis pietatis pleni. Nunc magna voluptate perfundor, quod virorum maximorum vestigiis insistens volueris excitare sepulcrum, & parentare Alfonso Cambio, D. Stephani Equiti, & mihi arctissima familiaritate coniuncto, praesidia subficiens, quibus hanc suae Gentis, quae cum eo prope extincta est, Historiam formis descriptam memoriae hominum commendarem.* Hactenus *Admiratus*, qui una cum Richardo subspexerit, quod *Cosmas* Dux hoc eodem anno MDLXX. Romam profectus, a Pontifice Maximo multis honoribus adfectus, & Magnus Etruriae Dux rite coronatus fuerit (1). At dum *Cosmas* ad tam sublimem honoris gradum Romae elevatur, Florentiam reversus vi libidinis intempestivae deiicitur, & cuius filius Imperatorum natam & sororem duxerat, ille *Camillam Martelliam*, patricii quidem ordinis puellam, sed privatae tenuisque fortunae, alteram uxo-

*clarissimae, & minime vulgaris, dignitatis gradus, ac splendor. Quare mei esse video, eius memoriam, qua possum cura, & solicitudine, laudibus ferre, ac celebrare. Id me impulit, ut aliis meis lucubrationibus illam simplicem orationem insererem, quam in nostro Sodalitio dudum habui. Haec autem a me tibi nunc mittitur, non tam, quia tunc non interfuisti, quam ut, quum amicitiae nostrae luculenta testificatio sit, calcar tibi addat ad tui ingenii industriam, & alacritatem acrius, & laetioribus occasionibus, exserendam; ut, quemadmodum multis es apud omnes divitiis, opibusque, conspicuus, ita ob ardentem amorem, & studium, literarum a Sapientibus merito commenderis*. Hactenus quidem ille. At credibile est, RICHARDUM admiratum fuisse hoc anno etiam disertissimam orationem, quam in D. *Laurentii*, in eiusdem *Cosmae* Principis funere, dixit eius praeceptor *Petrus Victorius* XVI. KL. Iunias, qua ille Orator facundissimus tanti Principis laudes ad caelum iure merito extulit, (1) quemadmodum & alii viri pereruditi fecerunt, & inter eos *Hadrianius*, & *Davanzatius*. Porro quum anno MDLXXV. *Flammeta Malaspina*, *Alexandri Soderinii* uxor

(1) Haec oratio publici iuris facta habetur inter opera *Victorii:* aliae quaedam in *Descriptione funeris*.

xor (1) ſupremum diem obiverit, non ne ex huius eximiae Poetriae morte RICHARDUS Poeta dolore percullus fuerit, quum forte parilis ſtudii matronae amicus eſſet, & familiaris? Sed contra cauſſa gaudii fuerit communis laetitia, qua *Franciſcus* Magnus Dux, qui *Coſmae* patri in imperio ſucceſſerat, & Florentinus populus, *Octavium*, *Petri Aloiſii F. Farneſium*, Ducem Parmenſem, Roma Florentiam advenientem, obviam ad Carthuſiam uſque factus excepit. Hunc Principis egregii adventum deſcripſit *Ludovicus Caponius*, (2) qui a villa ſua Panereta profectus Duci ad Tabernellas honoris gratia ſe ſtitit (3). Anno vero MDLXXVI. pridie Idus Novembres

(1) De hac agunt *Iul. Nigrius De Scriptoribus Florentinis*, & *Io. Mar. Creſcimbenius* in *Commentariis Italicae Poeſeos*.

(2) *Ludovicus Caponius*, Patricius Florentinus praeſtantiſſimus fuit, cuius vitam ab *Hieronymo Mutio* Iuſtinopolitano ſcriptam ſervant praeclariſſimi Marchiones *Richardii*. Eius filius fuit *Iulius*, qui circa annum MDLXXXIX. ſupremum diem obiiſſe videtur; in cuius obitu deducta fuit Ecloga Latina venuſtiſſima, quae exſtat MS. in Codice Riccardiano *R. II. n. VI.* ſicuti Elegia ad *Bernardinum Caponium*, *Iulii* fratrem, qui Romae manens, nuncio fraternae mortis accepto, ſtatim Florentiam repetivit.

(3) Haec Deſcriptio manu exarata eſt in Codice Richardiano *R. II. n. IV.*

bres alia caufa luctus fuit, aliam funebrem orationem in eodem templo *Victorius* habuit, quum Florentiae *Maximiliani II.* Imperatoris manibus parentatum est; cuius copia elegantia & nitore RICHARDVS, praeceptori adplaudens, maximopere delectatus fuerit non secus ac egregiis, & laboriosis illis in octo libros *Aristotelis De optimo statu civitatis* commentariis, quos hoc eodem anno idem *Victorius* edidit, & *Francisco* Magno Duci, Principi Latine Graeceque erudito, & *Homeri* studiosissimo, ut *Victorius* in epistola praefixa testatur, dedicavit. Quia vero nulla est voluptas a dolore secreta prorsus, ac libera, RICHARDVS domesticis negotiis implicitus cum civibus quibusdam nobilibus controversias hoc anno forenses exercuit; & domum ab *Aimerico Antinorio* Tribuno in D. *Blasii* Paroecia sitam, emit. Quamquam Florentiam per id temporis exhilaravit *Andreae Austriaci*, *Ferdinandi* Archiducis Austriae F. Cardinalis, Magni Ducis adfinis, adventus, qui a *Gregorio XIII.* anno MDLXXVI. in Sacrum Senatum cooptatus Romam pileum purpureum, suae dignitatis insigne, accipiendi gratia proficiscebatur; quo quidem anno *Ferdinandus Mediceus* Cardinalis palatium suum, quod ad D. *Trinitatis Montium* Romae habebat, ornatius magnificentiusque reddebat,

hortorumque viam peramplam atque pulcherrimam faciendam curabat (1). Sed anno quoque MDLXXVII. communis gaudii particeps RICHARDVS fuerit, quando filius Magno Duci natus est, cui *Philippo* nomen inditum, & laetitiae ingentis argumenta ludis festisque celebratis universa civitas dedit. Verum RICHARDVS ipse insequenti anno MDLXXVIII. Romam contendisse videatur, ubi viros doctos & eruditos in sui amicitiam etiam absens adtraxerat. Id ipse arguo ex epistola Latina ab erudito homine Romae commorante ad RICHARDVM hoc anno scripta, quae domi data, argumento esse videtur, quod tunc temporis RICHARDVS in eadem ac ille civitate versabatur. Quum enim *Ioanna* Regina, *Francisci* Magni Ducis uxor, IV. Idus Apriles praegnans naturae concessisset, & magnum sui desiderium cum Principi coniugi, tum Florentinis, & universae Etruriae, reliquisset, omnimodis luctus, & maeroris speciminibus eius funus celebratum est. Nam praeter *Io. Baptistam Hadrianium*, virum eruditione, & eloquentia, conspicuum, qui *Ioannae* laudes funebri oratione complexus est, & *Fran-*

(1) Id constat ex supplice libello Monachorum Minimorum anno MDCXLV. *Carolo Mediceo* Cardinali Romae oblato, qui exstat in Codice Richardiano *R. II. numero VIII.*

*Franciſcus Bocchius*, & *Vincentius Borghinius*, & *Antonius Franciſcus Grazinius*, & *Silvanus Raſtius*, aliique Florentini eruditi, in dilectae Principis obitu carmina lugubria cecinere. Et quidem vix Regina illa auguſta Florentiam advenerat, tam magnum populorum amorem, tantamque laetae civitatis venerationem, ſibi conciliaverat, ut *Petrus Victorius* ea oratione, quam de *Ioannae* laudibus ſcripſit, in illa verba luculentiſſima eruperit, *Exſtitere alii*, inquiens, *qui verſibus pompam hanc omnem ludorum, fortunatiſſimarumque nuptiarum, celebrarent. Non defuit, qui eleganti, & erudito, carmine gaudia ſanctiſſimi thalami commemoraret, ac quae mirifica bona inde brevi exitura forent, ut vates, & divino numine adflatus, divinaret. Praeſto fuerunt etiam magni opifices, & ſinguli in ſuis artibus clari, qui picturis formiſque luculentiſſimis civitatem ornarent, & quae referre, & ante lumina praetereuntium ponere, oporteret, exprimerent, ac paene viva, ſpirantiaque ſimulacra illa ſua redderent. Inventi etiam ſunt, qui omni genere ſpectaculorum multitudinem oblectarent, quorum partim ingenio, & eruditione, partim pecunia, & ſumtibus, nobiliſſimi homines publicae laetitiae ſervierunt*. Atque iſta quidem *Victorius*. RICHARDVS igitur, qui *Mediceis* Principibus probatus tantae Reginae virtutem ſemper ve-

*Riccardo Riccardio S. P.*

*Ain tu? vivit & valet Victorius noster? & magnus senex pulcherrimis literarum monumentis patriam suam illustrare pergit? O gratum mihi, o iucundum nuntium! nam superioribus mensibus, quae nolebamus, hic de illo sparsa erant.* Nulla *mihi cum homine familiaritas* (*nunquam enim inter nos vidimus*) *at singularis intercedit amicitia, quam ille munusculo non vulgari confirmaverat. Nam, praeter epistolam amanter & officiose scriptam, Aristotelis de*

*praeceptore dignum, nisi amem, nae ego, quem omnes homines oderint, dignus videri debeam:* quam par, simileque est illi, quod, in Elegia ad *Claudium, Muretus* habet:

*Nae me ipse odissem, nisi tu me gratus amares.*

In fine Epistolae annus non adnotatur, quod crebro a *Mureto* factum fuisse deprehenditur. Insuper cui magis per ea tempora *Victorius Aristotelis* de Rep. libros ab se correctos, quos anno MDLXXVI. edendos curaverat, quam *M. Ant. Mureto*, Romam misisset, ut in epistola dicitur, qui & Graece peritus erat, & multa in quosdam *Aristotelis* libros fuerat commentatus? Quin & *Idus Maii* in epistola scribitur *Mureti* ritu, qui *Maias* numquam scribere solitus est, ut ex Libri I. epistola V. VI. VII. VIII. IX. mani-

*de R. P. libros summa cura castigatos dono Romam usque ad me misit ; & parabam ego quidem , sed gravissimis negociis impeditus parem gratiam referre non potui . Te vero illius discipulum , iuvenem moribus suavissimis , & tanto praeceptore dignum , ni amem , nae ego , quem omnes homines oderint, dignus videri debeam . Quod si vita suppetat , ut huius meae erga te benevolentiae testimonia aliquando existent , dabo operam . Interea ( quando te ita velle intellexi ) carmen mitto paucis a me horis concinnatum , luctuoso & parum grato argumento , quo immaturum tuae Reginae obitum*



nifeste liquet . At quum epistolae finis ita imponatur : *Bene vale . Domi IIII. Idus Maii* , in suspicionem adducor , *Richardum* eo tempore Romae versatum fuisse . Epistola enim *Domi* dari non consuevit , nisi ad eum , qui in eadem urbe , & loco , vel quamproxime , moratur . *Muretum* autem hoc anno , & ipsa postrema Aprilis die , Romae fuisse , perspicue patet ex eius epistola LXVI. Libro I. quae data est *Romae* , *pridie KL Maii MDLXXVIII*. Ipse quidem putaverim , quum *Richardus* , Orator a *Francisco* Magno Duce Constantinopolin destinatus fuisset , ob piraticam , quam in Turcica navigia & oppida Etruscae Equitum Stephanianorum triremes exercebant , fortassis ( nam Ordo sacrae Militiae sub D. *Stephani* Pont. Max. auspiciis a *Cosma I*. Magno Duce anno MDLXI. institutus fuerat ) il-

*iustissimis quidem lacrimis defleo. Quid vero in eo carmine praeter novitatis gratiam laudari possit, non video; sed ego imperitiae notam subire, quam honestissimo tuo desiderio deesse, malui. Thraciam istam legationem prospere tibi evenire opto: tu fac, ut quam primum sospes salvusque ad tuos Florentiam revertare. Bene vale. Domi, IIII. Idus Maii.*

*In obitu Ioannae Etruriae Reginae*
*Elegia.*

*Nonus adest mensis, fatalis & appetit hora,*
*Iam gravis Etrusca rumor in urbe sonat.*
*Quid sit in incerto est, at languet regia coniux,*
*At soror invicti Caesaris aegra gemit.*
*Di-*

illum tam longum iter proficisci noluisse, nisi prius Romam accessisset, & orbis terrarum Metropolin, eiusque antiquam magnificentiam ex ipsis ruinis exstantem, & Pontificii regni maiestatem, admiratus esset. Quare vere ipso Romam eum se contulisse vero est quam simillimum, ubi viris etiam eruditis innotuit, eosque, ut credere par est, cupide convenit; quumque *Muretus* eo tempore primas in litterarum & doctrinae fama Romae obtineret, nomenque suum late celebre reddidisset, forte antequam cum eo congrederetur, per litteras, aut alio modo, fal-

*Dicite, quis propius fas est accedere Divos,*
*Filius, an nata est scita puella domi?*
*Heu male! quod sparsis incedit Flora capillis;*
*Errat & huc illuc pallida turba metu.*
*Et Dux ille Ducum longe subspirat, & ora,*
*Ora prius lacrimis humida, pallor habet.*
*Ergo nurus magni Cosmae cadet? ergo sub umbras*
*Tot spes, tot curas, auferet una dies?*
*Et vos ignavi Medici cessastis, & artem*
*Non lapis, aut succis arguit herba potens?*
*Nec tu, Iuno parens, nec opem, Lucina, tulisti?*
*Phyllirides ubi tunc; aut ubi Phoebus erat?*
*Pallet, & heu totos invasit frigidus artus*
*Sudor, & in media lumina morte natant.*
*Iam iacet Etruscas nuper Regina per urbes,*
*Iam cinis est, & quem tantula caelet humus.*
*Nondum forma tamen, nec adhuc nitor ille recessit;*
*Spirat in augusta fronte serenus honos.*
*Sic matutinae violae, si decidat imber,*

*Mol-*

salvere a *Petro Victorio* iussum rogavit, ut Poeta famigeratus *Ioannae* Reginae obitum maestis Elegis defleret. id quod *Muretus* iusto *Richardi* desiderio satisfacturus, missa Elegia cum litteris, praestitit.

*Molle caput riguo deposuere solo.*
*I modo, & ingentes populos, & Norica regna,*
*Castraque Germanis inclita Caesaribus;*
*Et Medicum titulos, & opes, & nomina, gentis,*
*Et clarum Occiduis Regibus adde genus.*
*Cum suprema manu legerunt fila Sorores,*
*Nox manet una omnes, & Stygis atra palus;*
*Nec remeare licet: consurgit aheneus alte*
*Murus, & infernas stat Canis ante fores.*
*Exsilit illa tamen, vinclisque exsuta malignis*
*Corporis, illustri legit in arce locum.*
*Qualis in aeria consedit turre Columba;*
*Igne rubet pectus, cetera labe carent.*
*Inde graves luctus, subspiriaque aegra, mariti*
*Ridet, & hic mecum serius, inquit. eris.*
*Adspicit & natas, & qui iam regius infans*
*Surgit in imperium, claraque facta, patris.*
*Curre, puer, magnumque animis imitare parentem,*
*Haereat & toto pectore Cosmus avus.*
*Nec tibi Caesar avus, nec avunculus excidat alter*
*Caesar, & Austriacae nomina tanta domus.*
*Tu quoque iura dabis iam tum, cum pace solutus*

*Stet*

*Stet pater, & longum vixerit ille senex.*
*Tum te magnanimi Tusci mirentur in armis;*
*Adgnoscat veteres Itala terra duces.*
*Ibit & effusis tum laetior Arnus in undis,*
*Et fluet Ausoniis aemulus Ister aquis.*
*Dixit, & a laeva micuere impensius ignes,*
*Et rutilam visa est spargere stella facem.*

Hactenus quidem ille, ex cuius epistola discimus, RICHARDVM hoc anno MDLXXVIII. Legatum Constantinopolim ad Turcarum Imperatorem a Magno Duce destinatum fuisse. An vero RICHARDVS re ipsa hac legatione functus fuerit, me nescire fateor, nec ullum huiusce rei monumentum Florentiae superest; quamquam caussas huius legationis nonnullas per ea tempora fuisse, deprehenderim. Nam vix *Franciscus* in Etruriae regno patri successerat, & insignia Magni Magistri sacrae Militiae Stephanianae, III. KL. Iunii anno MDLXXIV. *Carolo Grimaldio* Episcopo Albingaunensi, Pontificio apud eum Oratore, ei in Ecclesia Florentiae principe rite imponente, induerat, inter alias curas & illam habuit, suam adversus piratas Turcas classem, patris vestigiis insistens, immittendi, & barbaricae ditionis oras, & insulas invadendi populandique; id quod *Bernardi-*

*nus*

*nus Rodulphius* Eques, & Thalassiarchus, strenue fortunateque exsequutus est, anno MDLXXV. & duobus sequentibus, variis Turcarum navigiis captis, ingentique captivorum numero Liburnum abducto. Anno autem MDLXXVIII. & insequenti *Fabius Galeratius* Cremonensis, Thalassiarchos electus, ea Barbaris damna intulit, ut *Amurates*, Magnus Turcarum, ut vocant, Dominus, pacem Magnum Ducem poscere, resque turbatas componere, adgressus fuerit; quo intellecto *Franciscus* Princeps *Bonoioannem Ianfiliaccium* patricium & Equitem Florentinum Constantinopolim pacis tractandae causa Oratorem misit, qui tamen, barbaro Tyranno fidem minime praestante, re infecta Florentiam reversus est, ut *Fulvius Fontana* memoriae prodidit eo libro, quo de rebus praeclare gestis Stephanianae militiae luculente, copioseque agit; & *Georg. Marchesius* in suo *Museo Honoris* (1). Fieri igitur potuit, ut *Franciscus*, quum *Amuratis* desiderium primum cognovisset, anno MDLXXVIII. Richardvm Oratorem suum Constantinopolim destinaret, nec iustis de caussis deinde mitteret; donec tandem *Amurates* gravioribus damnis, & caedibus, ab Etrusca classe adfectus, ac divexatus, ad pacem petendam, res-

que

(1) *Part. I. pag.* 341.

que componendas, se propensius habuerit; & spem boni eventus iniecerit: & tunc *Ianfiliactius* ille reapse Legatus missus ad eum fuerit. Itaque, quum hoc anno, ut diximus, *Ioanna Regina* supremum diem obiisset, *Franciscus* Magnus Dux anno sequenti MDLXXIX. *Blancam Barptolemaei F. Capelliam*, feminam Venetam nobilissimam, *Petri Bonaventurii* Florentini coniugem viduam, quam antea adamaverat, uxorem duxit, ex qua filium sustulerat *Antonium*, (1) Capistrani Dynasten, & Equitem Hospitalis D. *Ioannis Baptistae* Ierosolymitani, & Pisanum Priorem, ut vocant. Magna omnium ordinum laetitia, ludis, spectaculis, & muneribus editis, quorum imagines aeri incisae adhuc supersunt, quaeque a *Raphaele Gualterotto*, Poeta Florentino, descripta, & typis vulgata sunt, (2) hae nuptiae celebratae fuere, de quibus *Franciscus* per *Marium Sfortiam* Legatum suum Venetam Rempublicam certiorem fecit, quae *Blancam* adoptionis iure filiam suam esse declaravit. *Ioannes*

(1) *Georg. Marchesius* in *Museo Honoris Part. I. pag.* 344.

(2) Exstant haec in Bibliotheca *Sim. Perutii*, Patricii Florentini pereruditi, & patriarum antiquitatum studiosissimi.

nes autem *Medices* pro Magno Duce *Nicolaum a Ponte* (1) Ducem Venetum, adlocutus est. At quia exemplum apud me est Diplomatis, quod, hac occasione, Dux, & Respublica Veneta *Francisco* gratificatura dedit, & quo *Blancam* filiam suam adoptavit, illud heic, patriae Historiae locupletandae gratia, exhibere fert animus. (2)

*Placuit Illustrissimo & Excellentissimo D. Francisco Mediceo, Etruriae Duci, de uxore ducenda consilium ineunti, coniugem sibi eligere egregiam ac praestantissimam Dominam Blancam Cappello, ex patria clarissimam, quae civitatis nostrae familia orta, eximiis animi bonis, iisque lau-*

(1) Huius *Nicolai* Venetorum Ducis mentio occurrit in Codice MS. Riccardiano L. *in Pluteo S. ordine III.* ubi est ad eum *Vincentii Alamanni* Oratoris Florentini adlocutio pro eius assumtione ad Principatum, facta anno MDLXXVIII. III. KL. Maias.

(2) Huius epistolae exemplum mecum communicavit *Nic. Guiduccius* Serenissimae *Annae Aloysiae Mediceae*, Electrici Palatinae, olim a cubiculo. Eiusdem *Apographon* exsistebat in Tomo V. Memorabilium *Antonii a S. Gallo*, quorum Catalogus MS. exstat in Bibliotheca Richardiana in Codice XXXXV. *Plutei R. ordine primo*. *Iul. Nigrius* in opere suo *De Scriptoribus Florentinis* saepe citat Memorabilia MSS. *Antonii a S. Gallo* tamquam

*laudibus insignitur, ut merito tanto Principi, cuius sapientia in omnibus praestantissima semper fuit, & diligenda & expetenda videatur. Quod cum nobis Celsitudo sua, & literis ad nos amantissimis scriptis, & honestissima primarii viri, Marii Sforzae, copiarum suarum pedestrium Generalis delegatione, declaraverit, honorifico sumus ex gratissimo & iucundissimo nuntio voluptate perfusi; cum intellexerimus uno eodemque tempore, Celsitudinem suam talem sibi uxorem delegisse, qualem propter egregias virtutes, & singularem animi praesentiam, semper optaverat; & eximiam etiam erga Remp. nostram animi propensionem, ac benevolentiam, quam omni*

quam exsistentia in Bibliotheca Richardiana, sed probabiliter fallitur; in ea enim adservatur tantummodo Catalogus ille, & alia quaedam non adeo multa memorati Auctoris. Alias Epistolas quoque scripsit hac occasione Dux & Senatus Venetus *Francisco* Principi, & *Blancae* sponsae, quas heic profero ex Codice XI. Richardiano, *Pluteo Q. ordine IV.*

*Illustriss. & Excellentiss. Domine Fili noster carissime.*

*Se da' segni esteriori si possono in qualche parte conoscere gli affetti dell' animo, averà ben potuto il Signor Mario Sforza Ambasciatore di V. A. S. vedere scolpita nel volto di questa Città*

*mni tempore prae se tulerat, in filia, patriaeque nostrae civi, in matrimonium ducenda cunctis gentibus declarasse. Quamobrem eidem Mario Oratori laetitiam nostram ex felicissima coniunctione subsecutura cumulatissime declaravimus, & universae civitatis nostrae gaudium omnibus, quibus effici clarissime potuit, argumentis testatum faciendum in primis existimavimus: & aliquo signo, amorisque nostri testimonio, quod ad omnium cognitionem perveniret, tanti Principis coniugium, in quantum quidem ad nos spectare potuit, decoratum. Itaque hodie eamdem Illustrissimam & Excellentissimam Blancam Cappello, Magnam Etruriae Ducissam, Sena-*

*tus*

*tà l'allegrezza, che noi abbiamo sentito per l'avviso, che ella ci ha dato con le sue affezionatissime lettere, e con la viva voce di Cavaliere Prencipale di havere per quei ragionevolissimi respetti, che ne scrive, eletto per sua moglie la Signora Bianca Cappello, non solo per le elegantissime qualità sue, ma perche è figliuola della nostra Repubblica. Questo testimonio, che le potrà fare il suddetto Ambasciadore, leva a noi l'occasione di potere spendere parole molte nell'esprimerle maggiormente questo nostro contento, onde li diremo solamente che per una compita satisfatione, e per più chiara espressione dell'animo nostro, abbiamo con il consenso & applauso del Senato creata e dichiarata l'Illustrissima Si-*

*gno-*

*tus Consulto, summo consensu, magnaque omnium approbatione, in hanc sententiam facto, veram praecipuamque Reip. nostrae filiam creavimus, & declaravimus; hocque nomine ab omnibus in perpetuum vocandam, & appellandam, ediximus, illud in primis studentes, ut Magno Duci eius marito, quem paterno amore complectimur, quique se Remp. nostram magni semper fecisse tam illustri declaravit argumento, pronam meritamque voluntatem ostenderemus; deinde, ut Magni*



*gnora Bianca per vera e particolare figliuola della nostra Repubblica, talmente che aggiugnendosi all' amore paterno, che abbiamo portato sempre all' Altezza Vostra, questa nuova e così stretta congiuntione, ella potrà in qualunque occasione aspettare da noi tutti quei veri effetti, che possono nascere da volontà sì buona e sincera verso di lei, come la nostra, secondo che più amplamente le sarà referto dal sopradetto Signor Mario, e confermato poi dalli dilettissimi nostri Giovan Micheli, & Antonio Tiepolo, Cavalieri & Ambasciatori nostri eletti a tale effetto. Ne resta adunque pregare il Signore Iddio, che feliciti questa resolutione di V. A. con quelli prosperi avvenimenti, che ella stessa desidera.*

*Data in nostro Ducali Palatio, Die 17. Iunii, Indictione Septima. 1579.*

*Nicolaus de Ponte Dei gratia Dux Venetiarum.*

*Antonio Milledone Segretario.*

*gni Ducis uxori, praecipuaeque filiae nostrae, significaremus, tantam nos ex eius bonore ac amplitudine laetitiam cepisse, quantam animus noster capere maximam potuit. Quod ut omnibus testatum cognitumque sit, boc Diploma nostrum scribi, & vero signo nostro iussimus muniri.*

*Datum in nostro Ducali Palatio, die XVI. Iulii, Indict. VII. MDLXXIX.*

*Nicolaus de Ponte Dei gratia Dux Venetiarum.*

*Antonio Milledone Secretario.*

V c

*Illustris. & Excellentiss. Dominae Blancae Magnae Ducissae Etruriae Filiae nostrae carissimae.*

*L' avviso, che il Gran Duca, e l' Altezza Vostra, con sue affettionatissime lettere, e con la viva voce del Signor Mario Sforza Cavaliere sì principale, ci hanno dato, ci ha apportato tanta consolatione, quanta si può imaginare d' uno amorevolissimo Padre, del bene e esaltatione della Signora Figliuola. Ma perchè di questa nostra allegrezza il suddetto Signor Mario ne ha veduto in ogni qualità di persone sì chiari segni, che ne potrà fare amplissima fede, noi non spenderemo più parole in questo, dovendone bastare il dirle, che per satisfatione a noi medesimi haveamo per deliberazione del nostro Senato creata e dichiarata con tutti i voti l' Altezza Vostra Figliuola vera e particolare della nostra Repubblica,*

*ca,*

Vt autem maior laetitia, atque prolixior, populum Florentinum oblectaret, *Peregri-*

6 ✠ 2 *na*

*ca, onde ella potrà aspettare da noi tutto quello, che da amorevolissimo Padre può aspettare una carissima Figliuola, ornata di quelle preclarissime qualità, che l' hanno fatta degna di essere assunta al grado di Gran Duchessa. Resta dirle, che se il paterno amore nostro verso il Gran Duca suo Consorte pativa alcuno aumento, ora con questa nuova congiuntione è arrivato a quel colmo, che non può far maggiore, come le sarà esposto dal detto Signor* Mario*, e poi da duoi nostri Ambasciadori già eletti, che sono i dilettissimi nobili nostri Giovan* Micheli*, e Antonio Tiepolo, ambiduoi Cavalieri.*

*Del suo amantissimo Padre e Fratello non occorre dire, che saranno tenuti da noi in quel grado di amore, che meritano le persone tanto a lei congiunte, e sì degne per la loro virtù e bontà di ogni favore.*

*Il Signor Iddio accresca sempre felicità a V. A.*

*Data in nostro Ducali Palatio, Die 17. Iunii, Indict. VII. 1579.*

*Nicolaus de Ponte Dei gratia Dux Venetiarum.*

Deinde in eodem Codice narratur etiam quomodo nuptialis caeremonia peracta fuerit, hisce brevibus verbis:

*Addì 12. di Ottobre fu letto il seguente Privilegio in Palazzo nella sala grande, e dal Signor Antonio Tiepolo, uno degli Ambasciatori sudde-*

*det-*

*na*, eiusdem *Blancae* filia, hoc eodem anno, *Vlyssi Bentivolo*, optimati Bononiensi, connubio iuncta est. Minime autem dubitandum, quin RICHARDUS, & fratres, hac occasione, splendido luxu, & largitate opportuna, Principi suo sese probaverint, qui & Oratores Venetos ad *Blancae*, Reipublicae nomine, gratulandum missos, *Ioannem Michaelium*, & *Antonium Theupolum*, versantes Florentiae subspexerint. Hoc

*detti, fu messa la corona in testa alla Gran Duchessa, e dipoi furono dal Patriarca di Aquilea fatte alcune parole intorno al matrimonio e sposalitio fra il Gran Duca e detta Signora; e di poi tutti insieme andorno al Duomo, dove si celebrò la Messa dello Spirito Santo dal Reverendiss. Arcivescovo di Pisa;* M. *Matteo Rinuccini &c.* De *Blanca Capellia* Magna Ducissa quaedam festiva habet *Caelius Malaspina* in suis Milesiis, *Par. II. Fabula* XXXIV. Moderate vero loquitur *Georg. Marchesius* in *Museo Honoris Part. I. pag.* 344. *Raphael* autem *Gualterottus* in *Descriptione Apparatus Nuptiarum*, edita Florentiae anno MDLXXIX. magnis honoris titulis usus de ea verba facit, ut tempora tunc exigebant. Ceterum monumenta quaedam MSS. de ea circumferuntur, quae satis libere eius amores, & inhonestam cum *Francisco* Magno Duce, antequam ei matrimonio copulata esset, consuetudinem narrant.

Hoc eodem anno MDLXXIX. RICHARDUS idem, & fratres, utilem societatem cum *Nicolao Paganellio*, patricio Florentino, inierunt, qua deinde dissoluta, mercaturam proprio tantum nomine exercuere, laudato exemplo docentes, apud cordatos viros, congruam rei familiaris curam, & opum incrementum, nonnullo in pretio habendum esse. Id autem in primis solenne habuerunt Florentini, quorum civitas ad tantam amplitudinem & opulentiam adsurrexit, quod mercaturam facere omni civium ordine, & patriciis quibuscumque, dignissimum existimarent. (1) Quum autem his



(1) Quantum res Florentinorum ex mercatura creverint, & ex lanificio praecipue, omnes testantur historiae. Exstat apud me exemplum Diplomatis *Ioannis Mangiadorii* Episcopi Florentini, dati anno MCCLI. in quo Praesul ille incrementum divitiarum ex lanificio Florentiae proveniens exaggerat. De Florentinorum autem mercatura Auctor operis, quod inscribitur: *Genealogies Historiques des Rois, Empereurs &c. Part. II. Cap. VIII.* ubi de Familia *Medicea* agit, eiusque opes in immensum ex mercatura crevisse adfirmat, haec in Scholio habet: *On sait qu' a Florence, comme dans plusieurs autres etats florissans, le commerce est non seulement autorisè pour la Noblesse, mais encore honorable, comme etant la source de l' abondance & de la felicitè des peuples. Plutarque, dans la Vie de Solon,* re-

RICHARDVS laudabiliter occuparetur, & literas simul, & eruditionem, perpetuo amaret, vidit anno MDLXXX. *Blancae*, principali uxori, dedicari libellum, quem de factis, & dictis *Alexandri Medicei* primi Florentinorum Ducis, sagacis simul ac lepidi, (1) *Alexander Ceccherellius* scripserat, publici iuris iterum factum. Anno, qui sequutus est, RICHARDVS, & fratres, cum *Constantia* matre, quae adhuc in vivis erat, *Rodulfi Iacobi* F. *Rodulfi* N. *Richardi* P. *Richardii* obitum luxerunt, maximoque dolore adfecta est *Hersilia*, sacra in Pisano Divi *Ioannis* Parthenone puella, cui mors

*remarque plusieurs personages illustres de l' antiquitè, qui l' ont exercè sans honte, & qu' il y a meme eu des Marchands, qui ont fondè de grandes Villes, comme Protus, qui fondà Marseille, apres avoir aquis l' amitiè & l' estime des Gaulois, qui habitoient le long du Rhone. Le Roi de Perse n' est-il pas Marchand lui meme, au raport de Chardin, n' envoye-t'-il pas vendre aux autres pays ses Soyes & ses Tapis? &c. La methode des autres Princes Asiatiques n' est pas differente de celle ci. Combien de choses utiles nous seroient inconnues sans le commerce!*

(1) Quam prudens, sagax, ac lepidus, factis, dictisque, fuerit *Alexander Medices* Dux Florentiae primus, innuit etiam *Admiratus* in *Historia*; & varia ab eo sapienter facta, & acute dicta, referuntur quoque in Vita eius, quae manu exarata circumfertur.

mors germanum hunc cariſſimum rapuit. *Rodulfi* autem huius pater *Iacobus* (1) anno MDLXVII. iam diem ſuum ſupremum obierat. RICHARDVS vero bene de aliis merendi minime oblitus, *Petrum Stufam* Canonicum Florentinum, pecunia gratis mutuo data, lubenter iuvit; quum per haec tempora *Richardii* domum a *Carolo Acciarolio* conductam, & in Burgo Sanctorum Apoſtolorum ſitam, incolerent. Anno MDLXXXII. Coetus ille eruditus Florentiae inſtitutus eſt, qui a Furfure nomen habet, quinque pereruditis nobilibus civibus Florentinis auctoribus, *Ioanne Baptiſta Detio*, videlicet, *Antonio Franciſco Grazinio*, *Bernardo Caniſianio*, *Bernardo Zanchinio*, & *Sebaſtiano Ruſſio*; in quem Coetum RICHARDVS quoque deinde cooptatus fuit, qui interim de tanto literarum incremento, vir eruditionis, & doctrinae, ſtudioſiſſimus, vehementer gaviſus fuerit. Sed maiora fortaſſis eius pectus gaudia pertentaverint, quod hoc eodem anno Variarum *Petri Victorii* Lectionum libri XXV. iterum Florentiae formis excuſi ſunt, qui iam *Alexandro Farneſio* Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinali nuncupati fuerant; quibus alii XIII. *Ferdinando Mediceo* eiusdem Eccleſiae pariter Diacono Cardinali, poſtea vero Magno Etruriae

 Du-

(1) De hoc *Iacobo* mentionem fecimus ſuperius *pag*. LVII.

RICHARDUS laudabiliter occuparetur, & literas simul, & eruditionem, perpetuo amaret, vidit anno MDLXXX. *Blancae*, principali uxori, dedicari libellum, quem de factis, & dictis *Alexandri Medicei* primi Florentinorum Ducis, sagacis simul ac lepidi, (1) *Alexander Ceccherellius* scripserat, publici iuris iterum factum. Anno, qui sequutus est, RICHARDUS, & fratres, cum *Constantia* matre, quae adhuc in vivis erat, *Rodulfi Iacobi* F. *Rodulfi* N. *Richardi* P. *Richardii* obitum luxerunt, maximoque dolore adfecta est *Hersilia*, sacra in Pisano Divi *Ioannis* Parthenone puella, cui mors

*remarque plusieurs personages illustres de l' antiquitè, qui l' ont exercè sans honte, & qu' il y a meme eu des Marchands, qui ont fondè de grandes Villes, comme Protus, qui fondà Marseille, apres avoir aquis l' amitiè & l' estime des Gaulois, qui habitoient le long du Rhone. Le Roi de Perse n' est-il pas Marchand lui meme, au raport de Chardin, n' envoye-t'-il pas vendre aux autres pays ses Soyes & ses Tapis? &c. La methode des autres Princes Asiatiques n' est pas diferente de celle ci. Combien de choses utiles nous seroient inconnues sans le commerce!*

(1) Quam prudens, sagax, ac lepidus, factis, dictisque, fuerit *Alexander Medices* Dux Florentiae primus, innuit etiam *Admiratus* in *Historia*; & varia ab eo sapienter facta, & acute dicta, referuntur quoque in Vita eius, quae manu exarata circumfertur.

mors germanum hunc cariſſimum rapuit. *Rodulfi* autem huius pater *Iacobus* (1) anno MDLXVII. iam diem ſuum ſupremum obierat. RICHARDVS vero bene de aliis merendi minime oblitus, *Petrum Stufam* Canonicum Florentinum, pecunia gratis mutuo data, lubenter iuvit; quum per haec tempora *Richardii* domum a *Carolo Acciarolio* conductam, & in Burgo Sanctorum Apoſtolorum ſitam, incolerent. Anno MDLXXXII. Coetus ille eruditus Florentiae inſtitutus eſt, qui a Furfure nomen habet, quinque pereruditis nobilibus civibus Florentinis auctoribus, *Ioanne Baptiſta Detio*, videlicet, *Antonio Franciſco Grazinio*, *Bernardo Caniſianio*, *Bernardo Zanchinio*, & *Sebaſtiano Ruſſio*; in quem Coetum RICHARDVS quoque deinde cooptatus fuit, qui interim de tanto literarum incremento, vir eruditionis, & doctrinae, ſtudioſiſſimus, vehementer gaviſus fuerit. Sed maiora fortaſſis eius pectus gaudia pertentaverint, quod hoc eodem anno Variarum *Petri Victorii* Lectionum libri XXV. iterum Florentiae formis excuſi ſunt, qui iam *Alexandro Farneſio* Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinali nuncupati fuerant; quibus alii XIII. *Ferdinando Mediceo* eiusdem Eccleſiae pariter Diacono Cardinali, poſtea vero Magno Etruriae



(1) De hoc *Iacobo* mentionem fecimus ſuperius *pag.* LVII.

Duci, dicati, additi sunt, in quorum postremi Capite IX. illa RICHARDI laudatio continetur, quam tempestive superius exscripsimus. At humana gaudia diuturna non sunt; & voluptatibus dolor comes individuus semper adhaeret; nam hoc eodem anno *Philippus*, *Francisci* Principis F. quinquennis, acerba morte raptus est, atque Etruriam totam immenso luctu prostravit. Anno MDLXXXIII. *Alexander Medices* (1) Archiepiscopus Florentinus Cardinalis renunciatus fuit; & RICHARDUS, amici Viri lucubrationem legerit atque probaverit; quum *Scipio Admiratus* opusculum, quod Parallela inscribitur, ad umbilicum deduxerit, & una cum aliis publici iuris fecerit, in quo inter alia ea laude *Petrus Victorius* adficitur, ut *Isocrati* Atheniensi Oratori perillustri comparetur, qui, quum annum octogesimum quartum ageret, librum absolutissimum perfecit, cui Panathenaico titulus est. Etenim *Victorius*, quum hoc anno ad parem aetatem pervenisset, hisce iisdem diebus in

(1) Hic *Octaviani Medicis*, & *Franciscae Iacobi* F. *Salviatae* filius fuit. *Francisca* autem illa matrem habuerat *Lucretiam Mediceam*, *Laurentii Magnifici* filiam. Natus est anno MDXXXVI. *Marchesius* in *Museo Honoris Part. I. pag.* 316. Consulantur etiam *Alfonsus Ciacconius*; & *Vghellius* ac *Cerracchinius* in *Archiepiscopis Florentinis*.

in Ethicam Ariſtotelis commentarios abſolvit, & in vulgus prodere animum induxit. Quare hinc *Iulius Nigrius* corrigendus eſt, qui immane quantum peccet in notanda *Victorii* aetate; ait enim anno aetatis ſuae LXXXI. Chriſtianae Epochae MDLXXXVII. ſupremum diem obiiſſe; quum anno iam MDLXXXIII. annum aetatis LXXXIV. *Admirato* id luculenter indicante, attigiſſet; quumque *Victorius* ſub exitum anni MDLXXXV. naturae conceſſerit, ut ex epiſtola *Franciſci* nepotis ad *Franciſcum* Magnum Ducem, epiſtolarum & orationum libris praefixa, & ex *Iac. Aug. Thuano* exploratum eſt. Sed non tantum litterarum cura, rerumque mortalium ſolicitudo, RICHARDI animum occupabant, quantum eius religio, & virtus, ſpectabant ad ea bona, quae ſecundum obitum homines manent; & vitae futurae ac melioris ſpes eas alebat, excitabatque, ex quibus pia opera, & Chriſtianae ſapientiae fructus, in dies germinarent. Itaque hoc anno certam pecuniae ſummam Monachis Ordinis Vallis Vmbroſae, Eccleſiam & Monaſterium D. *Pancratii* poſſidentibus, ſolvit, quo in poſterum in aedicula Deiparae ſacra, & in D. *Pancratii* iuxta portam maximam ſita, quae ad ius & dominium *Richardiorum*, ex donatione a Monachis facta, pertinet, ea ſacra & caeremo-

nias

nias perpetuo per anni cursum facerent, quae in conventionem deductae fuerant; & inter alia bis anniversaria iusta *Ioannis* parentis, & *Gabrielis* avi, manibus persolverent. Illa autem pecunia fundus emtus hoc ipso anno fuit, cuius fructus iis omnibus peragendis subficerent. Nam, ut heic apte haec inseram, quum RICHARDII antiquitus in D. *Laurentii* Paroecia habitarent, quare *Quartarium*, ut vocant, *Sancti Ioannis*, quum civitate donati sunt, iis, ut tum temporis moris erat, adsignatum fuit; deinde anno MDXXXIV. ut superius diximus, in D. *Pancratii* Paroecia aedes *Scarfiorum*, quae gens erat nobilis, & aediculam etiam illam in D. *Pancratii* fano, quae pariter *Scarfiorum* fuisse perhibetur, adquisierunt (1). Interea *Victorius* anno MDLXXXIV. commentarios illos iam formis describendos curavit, & *Francisco Mariae* Vrbinatium Duci dicavit, & misit, addita epistola, quae eius erga se benevolentiae perspicuam significationem praesefert. Nam, quum Princeps ille sapiens ac doctus Florentiam venisset, *Victorium* cognovit, & subspexit, & honoribus adfecit, & semper deinde magno amore prosequutus est (2).

Sed

(1) Haec docet *Rossellius* in suo Sepulcrario. Adi superius *pag. XXXIII.*

(2) *Franc. Maria Roboreus*, Vrbinatium Dux, nonnisi post annum MDLXXIV. quo *Guido V-*

*bal-*

Sed quae de *Victorio Admiratus* observavit, in caussa sunt, cur ipsius *Victorii* verba, quae in Praefatione ad Lectorem exstant, heic describam: *Vnum vero in primis arduum, & molestum mihi fuit, cuique remedium adhiberi vix potest, valde repugnans illud quidem conatibus his, & honestis studiis, senectus inquam summa, & gravis: paucis enim contingit id, quod Isocrati usuvenit, ut usque ad extremum tempus aetatis commentari semper aliquid, & scribere valeret: huic autem rei subcurrit vetus amicus meus, singularis ingenii vir, & non minoris eruditionis, Carolus Oricellarius*, Hunc autem *Victorii* locum lubenter adduxi, quod eruditum hominem Florentinum alterum mani-

*baldus* eius pater fato functus est, Florentiam venit, ut ipse in Commentariis *De Vita sua* scriptum reliquit; sed quo speciatim anno Florentiae fuerit, mihi adhuc incompertum est. In iis Commentariis, qui exstant MSS. in Codice Richardiano *Pluteo S. ordine II. num. XIV.* ita de se ipse ait: *In questo tempo si risolvè Francesco Maria d' andare fino a Fiorenza, dove da quel Principe fu con ogni onore accarezzato, e per quindici giorni, che vi stette, passò il tempo allegramente in Caccie, in Commedie, e in vedere le delizie di quel Paese.* De huius Principis sapientia & eruditione ita *Antonius Donatus* Venetus in Continuatione illorum Commentariorum scribit: *Avendo il Duca nel-*

nifestat, ad quem accedere RICHARDVS potuit, praecipue quum praeceptoris sui vetus, & fidus amicus esset. Sed iam annus MDLXXXIV. vertebat, quando *Eleonora Medicea*, *Francisci* Magni Ducis filia, *Vincentio Gonzagae*, Mantuae & Montis Ferrati Principi, nupsit. Quanto adparatu & luxu, quantis spectaculis & ludis, quanta denique publica laetitia, hae nuptiae celebratae fuerint, unusquisque secum reputare potest, Principum *Mediceorum* magnificentiam memori animo volvens (1). Rosam auream *Eleonorae* sponsae dono miserat *Gregorius XIII.* Pont. Max. Tau-

*nella sua gioventù praticata la Corte di Spagna, e si trovò poi, vivente il Padre, nella gloriosa giornata Navale de' Curzolari; e avendo in ogni tempo avuti uomini di gran lettere, e de' più famosi de' suoi tempi, e studiato per se medesimo, col possesso delle scienze, e con la lettura d' infiniti libri, non è certo possibile lineare con poche parole la finezza del sapere, l' acutezza dell' ingegno, la profondità della memoria, l' eleganza, senza affettazione, del dire e dello scrivere, la notizia singolare de' segreti della terra, e degli animali; del sito del mondo, degli interessi de' Principi, e delle Corti; e quello, che più importa, l' erudizione ne' libri di Teologia, e delle cose sacre, delle quali disputava con gli stessi Professori, e Maestri &c.*

(1) Consulendus libellus in forma quarta ita inscriptus: *Descrizione delle pompe, e delle feste fat-*

Taurorum venationes peractae; Florentini patricii harpaftae ludo exerciti; infolitus Bubalorum curfus fpectatus; belli civilis fpecies a plebe fe invicem petente faxis exhibita. Pompae autem maxime populum exhilaraverunt, quae a Bubalis in his adhibitis nomen habuere. Harum pomparum fingulas duo patricii Florentini excogitarunt, inftituerunt, & moderati funt. Quinctam igitur praeparaverunt, duxeruntque, *Petrus Franciſcus Rinuccinius*, vir adprime eruditus; & dignus eius literaturae focius RICHARDVS. Bubalo fibi deftinato Lafciviam, quam fex Amazones infectabantur, impofuerant. Bubalum autem in Caprae effigiem ornaverant, pecudis in primis libidinofae. Pediffequae duodeviginti Amazones comitabantur. Quam fplendidis, & fumtuofis, veftibus hae omnes indutae effent; quanto auro, argento, pretiofis lapillis, margaritifque, refulgerent; quifque coniectabit, qui immenfas *Rinucciniae*, *Richardiaeque*, gentis divitias noverit. Spectaculi duces *Richardius*, & *Rinuccinius*, gradum conferen-

*fatte nella venuta alla Città di Firenze del Sereniſsimo D. Vincenzio Gonzaga Principe di Mantova, e del Monferrato, per la Sereniſſima D. Leonora de' Medici Principeſſa di Toſcana ſua conſorte. In Firenze nella Stamperia di Bartolommeo Sermartelli* 1584.

rentes praeibant, egregie splendideque ornati, & propria insignia quisque gestantes. Pone aliud patriciorum par sequebatur, *Andreas Minerbettius*, videlicet, & *Ioannes Paullus Rinuccinius*, non dissimili habitu; quemadmodum post hosce *Cosmas Medices*, & *Octavius Rinuccinius*, Poeta praestantissimus, subsequebantur. Hic, *Octavius Rinuccinius* scilicet, sex versuum epicorum ogdoadas venustissimas composuerat, quas haec personatorum hominum pompa *Eleonorae* sponsae reverenter obtulit. Ita habebat Lasciviae debellatae spectaculum, ab *Rinuccinio*, & *Richardio*, ostentatum. At si hisce, & similibus RICHARDVS gaudebat, iustam dolendi causam habuit anno MDLXXXV. audita morte *M. Antonii Mureti*; viri eruditione & facundia eminentissimi, & qui, ut vidimus ex epistola, quam eius fuisse opinati sumus, illum vehementer diligebat: quamquam alia publica laetitia omnem doloris amaritiem ex RICHARDI animo hoc eodem anno facile absterserit, quum *Virginia Medicea*, *Francisci* Magni Ducis soror, *Caesari Atestino*, *Alfonsi* Mutinae, Regiique Lepidi, Ducis filio, matrimonio iuncta est (1). Nec minus RICHAR-

DVM

(1) De festo harum Nuptiarum adparatu consule libellum a *Sebastiano Rassio* scriptum, cuius ti-

DVM delectaverit Principis ad fovendas literas propensio; nam Magnus Dux opera *Vidi Vidii* Senioris, Medici sua aetate doctissimi, publici iuris facienda curavit. Quoniam vero alternis ab undis in incerto mortalis vitae salo perpetuo iactamur, anno MDLXXXVI. luctu iterum, ac dolore, RICHARDVS perculsus est, quum *Petrus Victorius* sextum & octogesimum aetatis annum agens vita defunctus sit, vir summus, & eius praeceptor incomparabilis, & magnum Florentiae suae decus, & ornamentum; quamquam doloris lenimentum aliquod capere ex eo potuit, quod *Iacobus* filius, & *Franciscus* nepos, *Victorii*, illius famae, & gloriae omnimodis consulentes, epistolas eius, & orationes, quae iam colligi ac describi coeperant, hoc eodem anno, iustae molis volumine ediderint: & consolationem aliquam etiam ex eo acceperit, quod *Antonius Benivenius* Iunior *Petri Victorii* vitam scriptis mandaverit. Ast insequens annus infaustus fuit, & Thyesteis prope ausis, ac facinoribus, atrox & infamis; nam *Franciscus* Magnus Dux, dum in Villa Po-

dii

titulus est: *Descrizione del magnificentissimo Apparato, e de' maravigliosi Intermedi, fatti per la Commedia rappresentata in Firenze nelle felicissime nozze degli Illustrissimi, ed Eccellentissimi Signori, il Signor D. Cesare d' Este, e la Signora Donna Virginia Medici. In Firenze appresso Giorgio Marescotti, l' anno* 1585.

dii Caiani rusticaretur, venenatis dapibus in convivio imprudenter sumtis, atque comestis, fato infelicissimo interiit. Fama enim percrebuit, *Blancam*, *Francisci* uxorem, *Ferdinando* Cardinali, leviro invifo, quod fratris coniugium cum ea initum indignatus improbasset, venenum in offa, ei tantum ministranda, paravisse, quam prius inscius sceleris *Franciscus* adripuerit, atque voraverit, morteque praesentissima sublatus fuerit. Tunc *Blanca*, ubi maritum venenata esca pastum, & iamiam moriturum vidit!, furiis agitata, ne infortunio, & poenae superesset, exitialis offae frustum & ipsa voravit; & ab utroque *Ferdinandus*, qui veneficium sibi paratum iam senserat, antidota omnia prohibuit, & misere mori coegit. Contra alii perhibent, *Ferdinandum* fratri iratum, quod *Blancam*, feminam imparis conditionis, nec integrae pudicitiae, uxorem duxisset, utrumque imprudentem propinato veneno e medio sustulisse, & Etruriae sceptrum usurpasse. Sunt etiam qui tradant, naturalem, & sensim contractum, fuisse morbum, quo duo illi Principes infeliciter periere, ortum ex crapula, atque intemperanti ciborum poculorumque calidiorum sumtione: quae quidem narratio tam subito ac rapido patique amborum casui; & feroci *Ferdinandi*, aut mpotenti *Blancae*, animo, minus convenire

vi-

videatur (1). Hic deinde purpura Romana deposita, Etrusci Regni moderamen suscepit. Infelix *Francisci* obitus a *Scipione Admirato*, funebri oratione habita, qua eius laudes diserte, copioseque percurrit, celebratus est; nec tacuit eius praeconia facundissimus Orator *Petrus Angelius* Bargaeus, qui pariter orationem elegantissimam eius memoriae dedicavit; sicuti & *Alexander Minerbettius*, & *Laurentius Iacominius*, qui



(1) *Soderinii* Epistola ad *Silvium Piccolomineum*, de morte horum Principum subita, manu exarata circumfertur, in qua inter alia habetur: *Furono i cadaveri avanti di sotterrargli aperti, e mi accertarono Messer Baccio Baldini, e Messer Leopoldo da Barga, essere stato negli interiori dell' uno, e dell' altra, la medesima simpatia di malore, come di corruzion di fegato e di polmoni, e di trista abituazione di panicoli nello stomaco; se non che in essa fu trovata gran copia d' acqua, come infetta da due anni indietro d' Idropisia; e questa combinazione di morte, accordandosi insieme nello spazio d' undici, o dodici anni, ha fatto credere all' ignaro volgo, e all' idiota e rozza gente, che vi fosse collegazione di spiriti, a gran simpatia d' umori congiunta; ancorchè alcuni imbevuti di popolaresche voci, abbiano creduto (siccome per i più si pensa, ma molto s' ingannano) che siano morti di veleno: ma sono tutte baie, che ciò si stima da*

qui similes orationes in Academia Florentina dixere. Et quidem Princeps erat, ob eruditionem quoque subspiciendus, ut diximus; eiusque epistolae quaedam familiares supersunt, editaeque habentur in Collectione epistolarum, quam *Paullus Aemilius Martobrunius* adornavit. Quid quod erudita antiquitate mirifice delectatus, superbum illud peristylium, quod *Georgio Vasario* Architecto *Cosmas I.* ad Arnum Florentiae exstruendum curaverat, columnisque pulcerrimis innixum sectis sculptisque lapidibus exornaverat, pretiosis vetustatis reliquiis, quas maiores sui *Cosmas* Senior, & *Laurentius Cosmae* nepos, aliique *Medicei* proceres, & *Cosmas* ipse *Francisci* pater, ipseque *Franciscus*, studiose comparaverant, collocandis, digerendis, omniumque adspectui exponendis, laudatissime destinavit, in eamque prope formam redegit, quam nunc admiramur, & nobilissimum Cimeliarchium esse voluit. Eius igitur opera tot statuas, tot anaglypha, tot tabulas, tot gemmas, tot numismata, aliaque vetera monumenta, quae a successoribus semper deinde aucta sunt, in illis peramplis aedi-

*da i più periti esser seguito naturalmente*. An non *Ferdinandi* iam Mag. Ducis timor, ne eius veneficium in propatulo collocaretur, plerosque ad ea adfirmandum inducere potuit?

dibus adſidue contemplamur atque ſubſpicimus (1). Filios reliquit *Franciſcus Eleonoram* iam *Vincentio Gonzagae* nuptam (2), & *Mariam* puellam, ex *Ioanna* Auſtriaca ſubſceptas; *Antonium* quoque, quem ei *Blanca* pepererat, vt diximus (3). *Peregrina* (4) etiam *Blancae* filia, a *Franciſco* genita eſt. Suam interim RICHARDVS largitatem magis in dies oſtentabat. Quum enim per ea tempora ludi genus invaluiſſet, quo de

 fu-

(1) De his omnibus conſulendus *Blanchinius De Magnis Etruriae Ducibus Sermon. I. pag.* 19. 20. 21. & *Sermone II. pag.* 40. 41. De vetuſtis autem aliiſque monumentis, quae in aedibus Mediceis, ante eorum Monarchiam, exſtabant, loquuntur *Albertus Advogadrius De Coſmae Medicei Magnificentia* editus a me in *Deliciis Eruditorum; Leopold. Meliorius* in ſua *Florentia Illuſtrata pag.* 200. 201. & laudatus *Blanchinius* in citato *Sermone I. pag.* 19. 20. & in *Prooemio pag. XVIII. XIX.*

(2) Vide ſuperius *pag.* XCII.

(3) Adi ſuperius *pag.* LXXVII.

(4) De hac vide ſuperius *pag.* LXXXIII. LXXXIV. & libellum *Raphaelis Gualterotti*, qui inſcribitur: *Feſte nelle Nozze del Sereniſſimo Don Franceſco Medici Granduca di Toſcana, e della Sereniſſima ſua Conſorte la Signora Bianca Cappello, compoſte da M. Raffaello Gualterotti. Con particolare deſcrizione della Sbarra, e apparato d'eſſa, nel Palazzo de' Pitti; mantenuta*

*da*

futuro rei alicuius eventu sponsio fiebat, & qui casu eum divinasset, depositam pecuniam accipiebat; RICHARDVS cum *Capone Caponio*, altero Florentino patricio, de tempore & numero purpuratorum Romanae Ecclesiae Patrum a *Sixto V.* Pontifice Maximo proxime creandorum certans, mille argenteos deposuit, & ei se daturum recepit, si Pontifex ille anno insequenti, & non ante, sex paucioresve Cardinales minime creavisset. Quin, quum *Alexander Appianus* Plumbini Dominus Venetiis ageret, ab RICHARDO & fratribus, mille & quingentos argenteos mutuos accepit, Florentiae post dies viginti restituendos; quod quum non praestitisset, pro ea summa *Richardios Alfonsus Aragona Appianus* Princeps fide sua esse iussit, ut ex chirographo in Archivo Richardiano adservato constat:

*da tre Cavalieri Persiani contro a i Venturieri loro avversari. Con aggiunta e correzioni di molti particolari, e con tutti i disegni de' carri, e invenzioni comparse alla Sbarra. Nuovamente ristampate. In Firenze nella Stamperia de' Giunti* 1579. In eo, ut in Bibliotheca Richardiana adservatur, est in fine: *Epitalamio nelle Nozze dell' illustrissima Signora Peregrina Cappello, e dell' illustrissimo Signor Conte Ulisse Bentivogli, composto per il Signor Raffaello Gualterotti alla Serenissima Signora Bianca Cappello.*

ſtat; in quo Archivo multa alia huiuſmodi monumenta exſtant, ex quibus diſcimus, RICHARDVM & fratres locupletiſſimos diverſis temporibus multas familias Florentinas illuſtres & nobiles, pecunia mutuo data, iuviſſe. Porro anno MDLXXXVIII. aliter etiam, ac laudabiliter, RICHARDVS liberalitatem exercebat; nam mutuam pecuniam dedit, nullo foenore reſtituendam. Et quidem hoc anno, poſtquam mortis *Catharinae Mediceae*, Galliarum Reginae, nuncium acceperat, ſponſalia ſua *Ferdinandus* Princeps Florentinis adnunciaverat, quare anno inſequenti magnis impenſis obnoxii illi futuri erant, vt ſui Principis nuptias cum *Chriſtiana*, *Caroli III.* Lotharingiae Ducis, & *Claudiae*, (1) *Henrici III.* Galliae Regis ſororis filia, contractas ſumtuoſo adparatu, & magnifico luxu, decorarent; quae quidem ſponſa Maſſiliae Ordinis Stephaniani triremibus excepta, & a *Petro Mediceo*, *Coſmae I.* filio,

 &

(1) Mater *Chriſtianae* fuit *Claudia*, filia *Henrici II.* Galliae Regis, & *Catharinae Mediceae* Reginae. *Chriſtianae* huius Vita *MS.* habetur in Codice Richardiano *XIV. Pluteo R. ordine II.* Quali indole, & animo, & prudentia illa eſſet, indicat Anonymus in Codice Richardiano MS. *Pluteo S. ordine I. n. XVII.* & in *Vita MS. Coſmae II. Magni Ducis* in Codice Richardiano laudato *XIV. Pluteo R. ordine II.*

& *Ferdinandi* fratre, honoribus multis adfecta, Liburnum delata est; indeque Florentiam venit, una cum *Dorothea* Principe Brusvicensi, amita sua, ubi Etrusci imperii consortium (1) inter publica gaudia, & populares adclamationes, accepit. At alia beneficia populo Florentino RICHARDVM hoc eodem anno contulisse, credibile est, quum Arnus pluviis immodicis auctus urbem Florentiam exundans mersit, & magnis damnis adfecit, lateque omnes, inopesque in primis, adflixit, atque prostravit; quam cladem *Admiratus*, epistola ad *Virginium Vrsinium* Bracenni ducem data, (2) fuse descripsit. *Ferdinandi* enim, non tam Magni Ducis, quam Patriae Patris, exemplum memorandum imitatus fuerit, qui ab urbe Prato Florentiam aquis stagnatam regressus, non prius in palatium se recepit, quam monasteria, & pauperum domos, per limosa aquarum sedimenta humidus ac lutulentus obivisset, invisisset clementer, bona

spe

(1) *Marchesius in Museo Honoris Part. I. pag.* 358. 359. Vita *Christianae* MS. in Codice Richardiano citato *XIV. Pluteo R. ordine II. Vita Ferdinandi I. arcana, manu exarata* apud me exstans. *Vita Ferdinandi I.* MS. in proxime citato Codice Richardiano.

(2) Haec Epistola habetur *Tomo II. Opusculorum Admirati pag.* 398.

ſpe eſſe iuſſiſſet, & effuſa opum largitione ſublevaſſet. Et profecto RICHARDVM principalis liberalitatis aemulum extitiſſe, & alia eius beneficentiae exempla ſuadeant, & illud in primis, quod *Franciſco Laurellio* Sculptori eximio non mediocrem pecuniae vim largitus fuerit, poſtquam ſex protomarum marmorearum, quas ab eo caelandas curaverat, pretium ſolviſſet. Nam RICHARDVS eximiarum ſculpturarum, picturarumque, amore & admiratione ducebatur; quare hoc eodem anno MDLXXXVIII. pretii XXXXV. tabularum, a *Laurentio Vaianio de Sciorina* pictarum, ſolutionem complevit. Eas uſque ab anno MDLXXVI. RICHARDI iuſſu pingere *Laurentius* coeperat, atque inter eas dignae praecipue ſunt quae memorentur, *Gabrielis*, RICHARDI avi, effigies; & *Ieſu Chriſti* Nativitas, quae collocata fuit in *Richardiorum* aedicula in D. *Ioannis Evangeliſtae* ſita (1). Quum autem RICHARDVS gemmis & lapillis non minus delectaretur, ac pretioſas caelaturas amaret; & *Caeſar Targonius* Venetus

7 ✠ 4 non

(1) In ratione expenſi & accepti ab ipſo *Laurentio* Pictore ſcripta, & *Richardo* exhibita, inter alia habetur: *E per la Tavola della Natività di Noſtro Signore, che più meſi. fa ſi è meſſa in San Giovannino, alla voſtra Cappella, ſcudi centoventi, e quelche vuol Va' Signoria.*

non spernendam illarum rerum copiam Monti Pietatis Florentiae pigneraſſet; redemit eas lubenter RICHARDVS, ſoluta pecunia, pro qua pigneratae fuerant; retinuitque donec *Targonius* tantumdem argenti ei non reſtituit; id quod anno MDLXXXX. contigiſſe deprehendi. Hic annus non ſine literatorum etiam hominum luctu fuit, quum *Leonardus Salviatus* Eques de litteris patriaque lingua optime meritus, quique *Philippi Saxetti* mortem, Goae in India fato hoc eodem anno praerepti, luculenta oratione defleverat, naturae conceſſerit; cuius laudes *Petrus Franciſcus Cambius* Epicedio diſertiſſimo in Academia Florentina dixit, ac celebravit. Porro RICHARDVS non minus, quam litteris, rei familiari amplificandae intentus, *Caſtellum Pulcis*, *Pulciorum* olim, & poſtea *Soderiniorum*, (1) fundum, ſub

(1) Caſtrum Pulcis aliaque bona ad *Pulcios* ſpectantia, anno MCCCXXI. *Neapoleoni Urſinio* Cardinali Sancti *Hadriani* creditori in ſolutum adſignata fuere Florentiae a Magiſtratu Mercatorum, quum *Pulcii* decocti & fugitivi declarati fuiſſent, ut conſtat ex libro Inquiſitionum praedicti anni apud memoratum Magiſtratum. Nomina autem illorum *Pulciorum* ſunt quae ſequuntur: *Pulces*, & *Baldus*, *Guelfi* F. *Dogius Dogii* F. *Henricus Fencii* F. ſuo nomine, & tamquam heres *Ghingi*, *Fornarii* F. *Bertus Sini*-

ſub haſta argenteis quater mille octingentis licitatus emit, quod in villam magnificam & opulentiſſimam, & Regum, Principumque, hoſpitio nobilitatam, eius deinde poſteri converterunt. (1) Sed annus MDLXXXX. iam vertebat, quum VI. Nonas Maii *Chriſtiana* regia uxor primogenitum peperit, cui nomen *Coſmae* fuit; quae quidem publicae laetitiae cauſſa non multum imminuit illam calamitatem, quam Arni excreſcentis adluvio intulit; eam enim annonae caritas, ut fere uſuvenit, & fames excepit: quare populorum victui *Ferdinandus* Princeps conſulturus ingentem frumenti copiam ex remotioribus regionibus in Etruriam advehendam curavit. Quo autem res ſub manus proſpereque

*nibaldi* F. tamquam heres *Cantini* fratris ſui; *Bertuccius* & *Rainaldus*, *Sinibaldi* F. *Simon Guidonis* F. *Huberti* N. In eodem libro horum omnium bona ſingillatim deſcribuntur; & inter ea Palatium, aliaeque domus, in Caſtro Pulcis poſitae, & Plebatu Septimi. Cardinalis autem *Neapoleo* ea omnia *Soderiniis* forte vendiderit.

(1) In Archivo Richardiano exſtat Epiſtola *Iuliani Bandinellii* ad *Franciſcum Richardium* Marchionem ſcripta, quae ita habet:

*Giuliano Bandinelli riveriſce umilmente VS. Illuſtriſſima, ed avendo preſa copia dell' Iſcrizione di Gio. Vettorio Soderini, che è ſopra alla Porta della Villa di Caſtelpulci, gliela manda quì incluſa ſul*

que succederet, matura RICHARDI prudentia, & solerti dexteritate, uti animum induxit; eumque anno MDLXXXX. mense Augusto in Germaniam Arctoique maris littora misit, & Gedanum praecipue; quo naves frumento onustas Liburnum inde velificari curaret, & caritatis ac penuriae loco, adfluentiam & rerum omnium ubertatem substitueret. Ingenio autem, sagacitate, & probitate

*sul credere, che li possa esser grato di vederla, dicendoli di più, che quanta è stata la facilità nel copiarla fedelmente cogli stessi versi, ed abbreviature, che sono nella lapida, altrettanta è ora la difficoltà, che hò nell' intendere gli ultimi due versi di essa.*

AN. SACR. MDLXXV.
IO. VICT. SODERINVS P. F. COLL. ANT.
DOM. INST. ΠΕΡΗΠΛΩΚΑ . ATRIVM
EXORN. VILLAMQ. EXCOLEN. PROCVL
NEGO. VRBANIS. HON. IN OCYO. VIT.
VIV. VILLA, IN RERVM HVMANARVM
FLVCTVATIONE. RARIOREMQ. IN RV-
RE TRANQVILLITATEM NACTVS
STET. D. H. D. T. T. OPERAM, ORBEM
ET V. FOR. AN. DO. P. E. E. Æq.

Alia nunc Inscriptio super eiusdem Praetorii portam exstat, marmore incisa, quam ipse composui, quum a *Cosmo Francisci* F. *Cosmae* N. Marchione amplissimo paucis ab hinc annis, ampliatum illud, & ornatum fuisset.

te RICHARDI, adeo *Ferdinandus* confidit, ut quum illum coram germano *Francisco Richardio* de eo, quo facto opus esset, admoneret, & mandata quaeque praescriberet, tamdem in illa verba RICHARDO honorificentissima proruperit, eaque scriptis mandari iusserit, *Se rem Richardi iudicio totam committere, & quidquid ab eo, ac quacumque ratione, gestum fuisset, & quocumque exitu evenisset, probaturum, & rite recteque factum declaraturum, quum tanta eius diligentiae fiducia teneatur*. Nec spes Principem fefellit: nam RICHARDVS in Germaniam, Gedanumque, seu Dantiscum, ut vocant, profectus, naves tanto tritico oneratas inde in Italiam Tusciamque misit, ut fames illa tamdem cessaverit, & annonae ac victus copia Florentia, aliaeque Etruriae civitates, abundaverint. Hanc optimi Principis providentiam *Scipio Admiratus* dignis laudibus tulit duobus epigrammatis elegantissimis, *Ferdinando* Principi inscriptis, & ad eum Liburni versantem anno MDLXXXXII. missis, quae Tomo secundo *Admirati* opusculorum habentur. Eamdem luculente commendavit, & scriptis suis aeternam effecit, *Antonius Maria Gratianus* Episcopus Amerinus, Lib. XVI. *De Scriptis Invita Minerva*, cuius verba sunt, quae sequuntur: *Et proxime, quod vix creditura poste-*

*ste-*

*ſteritas videtur, anno MDXC. fame periclitanti Italiae Dantiſco advecta frumenta ſubſidio fuerunt: &, quae gens extremo ſubiecta Septentrioni, ne cognita quidem Romanae potentiae fuit, ex ea adlatum, quo levata Italiae inopia, & fami noſtrae ſubventum ſit, quis non miretur? Iter navibus fuit per Balticum primo mare; & Daniae freto, cui Sontio eſt nomen, egreſſae Cimbricum promontorium ſuperarunt. Emenſae inde, quantum in longitudinem patet, Germanicum Oceanum, anguſtias, queis Britanniae inſula a continente dirimitur, petiverunt. Hinc Britannicum, Aquitanicum, Cantabricum, tranſvectae Oceanum, Hiſpaniae exterius latus omne ambierunt, & ad Gades mediterraneum intravere mare, & reliquae Hiſpaniae Galliaeque legentes oram, Liguriae omiſſis littoribus, Liburnum adpulerunt. Tam longinquos advenas, tam laeta munera, tam neceſſario tempore, adferentes benigne accepit Ferdinandus Medices, Magnus Etruriae Dux, nec pretium ſolum, quod ipſi frumento ſtatuerunt, liberaliter perſolvit, ſed ſingulos naviculariós hoſpitalibus donis proſequutus, omni genere humanitatis percoluit, quo, ad repetendam nova commeatu eamdem navigationem, adliceret. Quae res cum gratiae Ferdinando, tum quaeſtui fuit, qui non ſuis ſolum, ſed aliis quoque populis, atque ipſi Romanae urbi, in ſumma fru-*

*men-*

*mentariae rei difficultate versanti, succurrit*. Sed hic quoque RICHARDVS cum Principe optimo de liberalitate erga pauperes laudatissime certavit; nam quum Gedani esset, navem frumento, aere suo comparato, oneravit, Liburnumque misit, ut inde ad *Franciscum* fratrem Florentiam deveheretur; qui acceptum frumentum inopibus fame laborantibus nullo exacto pretio munificentissime largitus est. Sed quid non in pauperes munificus esset RICHARDVS, qui etiam Principibus ipsis pecuniam suam mutuam dabat, eosque ipsos quoquomodo iuvabat, ut patet ex epistola *Ioannis Medicei*, hoc anno, Idibus Decembris, scripta, qua Princeps ille RICHARDVM rogat, ut quinquies mille argenteos sibi mutuos det, & per *Raphaelem Gherardium* mittat, post duos menses restituendos? Et quidem hoc anno mense Septembri, quum *Ioannes* Princeps, Magni Ducis Orator, Romam ivisset *Vrbano VII.* de electione in Pontificem gratulatum, magnas impensas facere debuit; ideoque non mirum si mense Decembri pecunia indigeret. Huius *Ioannis Medicei* Legationis meminit *Io. Cosmas Baroncellius* in *Sermone de Vita Ioannis Medicei, & sua, ad filios*, quem manu exaratum evolvi in Bibliotheca *Sim. Perutii*, Patricii Florentini clarissimi. Quamquam vero *Baroncellius* scribat, in *Ioannis Medicei*

Le-

Legationibus Romam, comitum numerum auxisse RICHARDVM; tamen fuisse etiam in hac prima non videtur, quum ab eo iter Germanicum tam cito peragi non potuerit. Quare ipse potius crediderim, RICHARDVM aliis temporibus in comitatu *Joannis Medicei* Romam proficiscentis fuisse, primo scilicet in huius anni extrema parte, mense ipso Decembri, quo videtur *Ioannes* Romam repetivisse, ut *Gregorio XIV.* in locum *Vrbani VII.* suffecto, Magni Ducis nomine, de sua ad Petri Cathedram adsumtione gratularetur; secundo vero, mense Novembri, vel Decembri, insequentis anni MDLXXXXI. quando *Ioannes* eodem Oratoris officio ad *Innocentium IX. Gregorii XIV.* successorem functus est. In qua vero illius anni parte RICHARDVS cum *Rodulpho Pio* Meldulae Comite sponsionem fecerit, nescio. Quum enim Cardinales a Pontifice Maximo creandi essent, fratrem *Rodulphi* inter eos futurum RICHARDVS aiebat, *Rodulphus* negabat; deposuerunt autem mille quingentos quinquaginta argenteos, quos meruit RICHARDVS electo Cardinali controverso, & *Rodulphus*, chirographo tradito, illam pecuniae summam se soluturum recepit, *Richardumque Guido Fabricius* a *Balneo*, Montis Belli dynastes, fide sua esse iussit. At res non prospere cessit *Io. Mariae Matthaei* F.

Or-

*Orgolio*, sponsione pariter ab ipso facta contra legem, qua Princeps anno MDLXXXVII. vetuit, nequis de partionibus mulierum, mares scilicet an femellae, filii nascituri essent, divinaturus sponsionem faceret; nam huius delicti reus in publicam custodiam coniectus est; sed ab RICHARDO nostro aliisque munificis viris liberatus fuit, quum hi omnes MMCCC. argenteos Fisco se soluturos polliciti essent, si *Orgolius* ille carcere eductus, & absolutus fuisset, quod etiam evenit. RICHARDVS argenteos D. *Benedictus Guascontius* D. *Franciscus Acciarolius* CCC. *Franciscus a Vacchia* CCC. *Iacobus Bonseniorius* D. *Iulius Ricasolius* CC. dare promiserunt. Quum vero *Ferdinandus* ducta uxore, & subscepto iam filio, successurum in imperio suum heredem haberet, urbis etiam munitioni & securitati consuluit, arce in tumulo constructa, quae Graece Καλοψία commodo vocabulo dici posset, vernaculo autem sermone *Belvedere* nuncupatur. Interim RICHARDVS domesticam laetitiae caussam habuit, quum *Franciscus* frater ex *Maria Magdalena, Ioannis* F. *Mannellia*, filiam hoc anno, mense Iulio, subsceperit, cui nomen *Constantiae* inditum est. Compertum habeo RICHARDVM anno MDLXXXXI. non tam Florentiae, quam Pisis, versatum fuisse; nam hoc eodem anno *Ferdinandus* Magnus

Dux

Dux ei, aliisque mandavit, ut fontem Pisas deducendum exstruendumque curarent; quum urbs illa perantiqua, & percelebris, retro iam re sublapsa, & civium frequentia imminuta, cum aere insalubri, tum aquae sincerae ac perennis penuria, laboraret. Disceptatum est ea occasione ab eius operis curatoribus, utrum inter Sancti *Ioannis Baptistae* templum, & publicum coemeterium, an iuxta navale, an e regione horti, quem a vidua quadam Princeps emerat, omnigenis plantis in Athenei usum serendis, colendisque, destinatum, fons ille statueretur. Haud inter eos hac de re convenit, sed in alium quemdam locum consensere, Arni videlicet ripam, e viae Sanctae Mariae regione; ubi etiam num fons hic utilissimus exstat, per aquaeductus MMMM. P. exporrectos ab Asciano, seu ab monte, quem ab urbis vicinia Pisanum vocant, derivatus. Nec mirum, si RICHARDUS hoc anno Pisas contendit, quum Magnum Ducem illuc secedentem sequutus fuerit, quicum etiam Seravectiae versatus est. Interim *Hersilia Richardia*, (1) sacra puella, Pisis morbo detinetur, eiusque curatio, forte RICHARDI opera, *Andreae Caesalpino*, Medico celeberrimo

(1) De hac *Hersilia* vide superius *pag.* LXXXVI.

mo Arretino, Pisis in Academia illa profitenti, demandatur. At RICHARDVS, qui Principes suos tanto amore, & veneratione prosequebatur, vt picta eorum effigies apud se habuisse, ex monumentis Richardianis constet, indignatus merito fuerit impactum *Ferdinando* Magno Duci crimen ab *Horatio Contio*, aliisque sceleris immanissimi complicibus. Hi enim hoc anno MDLXXXXI. quum cuniculis effossis, pulvereque pyrio stipatis, Pontificem Maximum & Cardinales in Consistorio congregatos subito incendio delere molirentur, capti, & in custodiam ducti, tanti sceleris impulsores, fautoresque, *Ferdinandum* Magnum Etruriae Ducem, *Marium Sfortiam* Ducem Sanctae Florae, *Henricum Borbonium* Galliae & Navarrae Regem, & Cardinalem *Evangelistam Pallotam*, per summam calumniam, vt credere par est, nominaverunt: cuius sceleris tentati labe quo se *Ferdinandus* purgaret, nullum non lapidem movit quatuor annorum tractu, quo huius iudicii acta condita sunt; quorum pars in codice MS. Bibliothecae Richardianae adservatur, (1) una cum quibusdam epistolis Magni Ducis, Cardinalis *Hippolyti Aldobrandinii*, & Episcopi *Oricellarii*, ad hoc ipsum spectan-

8 ✠ ti-

(1) In *Pluteo S. ordine I. n. XVII.*

tibus. Tanto scelere illos Principes, & magnanimum *Ferdinandum* in primis, lubenter absolvo, qui laudis, gloriaeque cupidus, memorabile ac laudatissimum facinus per id tempus adgressus est. Massiliae enim Consulatum anno MDLXXXXI. dum aliis iniit *Carolus Casalius*, qui, licet humilis generis homo, non tam illius civitatis Consul, quam tyrannus fuit, (1) civesque illos Dictator prope perpetuus adflixit atque vexavit, quos etiam Hispano Regi tradituros videbatur. Dum multa saeve ab illo geruntur, *Bussetus* quidam Massiliensis, qui Castellum Ifi, scopulum exiguum e regione Massiliae, eiusque turrim, tenebat custodiebatque, *Casalii* crudelitatem, se oppressum bonisque omnibus spoliatum, cognatos suos carcere detentos, querens, suae fortunae adversitatem *Ferdinando* Magno Duci significavit, & opem auxiliumque petivit. *Ferdinandus* indignam *Casalii* barbariem detestatus, & tutam maris navigationem, & quando ab Hispanorum partibus prope desciverat, Regi Gallo favere desiderans, milites trecentos, & annonam, armaque, *Bussetto* misit; id quod Hispanis bellum civile Gallicum foventibus

val-

(1) *Io. Baptista Guesnay* in *Annalibus Massiliensibus*.

valde displicuit (1). Paullo aliter rem narrat *Io. Cosmas Baroncellius*, aitque, *Ferdinandum* impeditorum ne Massilia in Hispanorum ditionem veniret, *Busseti* animum muneribus corrupisse, induxisseque, ut sibi Castellum Ifi concederet ipse, cum XXV. Gallis tantum, Insulae turrim servaturus, missurusque Florentiam obsides filium, & filiam; quod ille quidem exsequutus est (2). Sed iam annus MDLXXXXII. vertebat, & in locum *Innocentii IX.* Pont. Max. anno antecedenti demortui, *Clemens VIII.* ex Florentina *Aldobrandiniorum* gente III. KL. Februarias subrogatus fuerat; quare *Ferdinandus* Magnus Dux *Ioannem* fratrem iterum Romam ablegavit, ut se suo nomine novo Pontifici Maximo sisteret, & quanta voluptate ob dignitatem principalem ab eo adquisitam perfusus fuisset, significaret. Laudatus *Baroncellius*, qui *Ioanni* a cubiculo erat, eique semper adhaerebat, memoriae prodidit, cunctas hasce Legationes a Principe hoc cum magna pompa, ac numeroso famulitio, ingentique clarissimorum optimatum comitatu, obitas fuisse, hisce verbis usus: *Misit Magnus Dux, qui Ioannem*

 *bis-*

(1) *Vita Ferdinandi I.* manu exarata exstans in Codice Richardiano XIV. *Pluteo R. ordine II.*

(2) *Io. Cosmas Baroncellius Sermone de vita sua*.

*hisce occasionibus comitarentur*, *atque deservirent*, *Equites praecipuos*; *&* *plerumque venerant* Nicolaus *Vitellius*, *Iulius Riarius*, *Carolus Russius*, *Laurentius Salviatus*, *Matthaeus Bottius*, *Marchiones omnes*; *Hieronymus Comes Sancti Secundi*, *Germanicus Herculanius Comes*, *Rodericus Alidosius*, *Richardus Richardius*, *& alii multi optimates ac nobiles*, *qui sponte Ioannis comitatui se addiderant*. Interim RICHARDUS, & fratres, ea bona, quae ab hereditate *Tanais*, *Bernardi* F. *Nerlii*, *Ioanni Francisco Aldobrandinio* adsignata fuerant, pretio florenorum MDCLI. comparavere; & altera filia hoc anno *Francisco Richardio* nata est; mense Iunio, *Maria* nomine. Dum vero haec in Etruria aguntur, *Mannellii*, cives nobiles Florentini, qui in Galliis mercaturam faciebant, anno MDLXXXIII. rem, ut fere mercatoribus ob fortunae inconstantiam usuvenit, decoxerunt; quare *Richardii*, qui, utpote creditores, multas gemmas ab his in solutum acceperant, cum Navarrae Regina, cuius quoque *Mannellii* debitores erant, controversias, & lites habuerunt. Regina enim gemmas illas ab *Richardiis* repetere, & sibi adserere conabatur. Iam nec intempestivum, nec iniucundum, fore arbitror, si qualiter nova hominum secta, qui se *Piacevoli* adpellaverunt, Florentiae hoc anno exorta sit, narravero.

Nam

Nam, quum *Iacobus* quidam, vulgo *Pinus*, ſtatherarum artifex, quare *Pinus Statherarius* audiebat, multos cives ad venationem exercendam olim excitaſſet, & velut ſub ſuis ſignis convocaviſſet, & in quamdam collegii ſpeciem communemque vivendi formam coegiſſet, eo quod communi quadra convivantes uterentur, vernacula lingua *Piatelli* dicti ſunt. Hi igitur in venationem incumbentes praedas adeo magnas agebant in urbem, ut aemulatio quaedam in aliis excitata ſit, qui pariter coetum alium inſtituerunt, cuius quoque exercitamentum venatio fuit; & infauſto nomine *Deſperatos* & *Reſolutos* ſe nuncuparunt. Et quidem, quum *Piatellorum* virtutem, robur, adſiduitatem, feliceſque in venando ſucceſſus aequiparare non poſſent, cito, anno ſcilicet MDLXXII. eorum ſecta exolevit, ac diſſoluta eſt; *Piatellorum* autem in immenſum excrevit, omnibus, qui venandi ſtudio tenerentur, ad eos confluentibus, cunctiſque aliis venatorum ſocietatibus, quae in dies emergerent, brevi deficientibus. Aſt ſecundis rebus elati primores, quum coetum moderandi munus in quamdam tyrannidis formam pervertiſſent, eorum aliqui aegre & iniquo animo id ferebant; illorumque impotentiam indignabantur. Illos inter *Gerardus Venturius* fuit, qui res novas molitus magnam *Piatel-*

*lorum* partem secum traxit, & ad rebellionem induxit. Rebellium autem, qui *Placibilium*, vulgo *Piacevoli*, nomen adsumserant, rebus prospere cedentibus, transfugarum ad eos multitudo in dies augebatur, inter quos fuit *Alexander Machiavellus*, a *Nicolao* Scriptore famigerato genus ducens, qui iunior, & viribus validis, adeo praeclare se gessit, ut brevi summam auctoritatem in *Placibilium* factione adeptus sit. Itaque hoc anno tam strenue ac feliciter venati sunt, ut *Piatellos* facile superaverint, praedasque invidiosas in urbem egerint; id quod *Piatellis* stimulos addidit, ut sub *Ioannis Medicis* Magni Ducis fratris patrocinio anno insequenti rebelles comprimere, atque in venandi certamine vincere tentarent, copioso & incredibili venationis adparatu confisi. (1) Civilis huius concertationis laetitiam vidit RICHARDUS, qui etsi huiusmodi delectari potuit, magis tamen de communi bono laetatus fuerit, quum hoc anno MDXCIII. *Henricus IV.* Galliae Rex a Pontificibus Gallicanis haereseos crimine solutus in Ecclesiae sinum receptus sit, & Rex ve-

(1) Harum duarum factionum historia habetur manu exarata in Codice MS. Bibliothecae Richardianae, sito in Pluteo *S. ordine I. signato XII.* & titulum praeferente: *Istoria de' Piacevoli e Piattelli*.

verus atque legitimus salutatus (1). Tunc *Ferdinandus*, (2) qui Castellum Isi adhuc una cum *Busseto* tenebat, mente agitare coepit turris illius, & scopuli, Regi *Henrico* restitutionem, modo belli civilis turbae, *Casaliique* tyrannis, id paterentur. At *Casalius* scopulum illum, utpote suae tyrannidi maxime opportunum, occupare vehementer desiderabat, & cum eo Auriae Princeps, ut Hispaniarum Regem promereretur; quare is, quum accepisset, Ducem *Guisium* Praesidem Provinciae ab *Henrico* Rege renunciatum Massiliam cum copiis adventare, statim *Carolum* filium cum triremium classe, & peditibus octingentis, pecuniaeque vi, ad *Casalio* suppetias ferendas misit, sperans urbe se, *Casalio* tradente, potiturum; sed spes eum fefellit: quam ob rem neque contra Castellum Isi aliquid moliri potuerunt. Dum RICHARDVS haec audit, & *Ferdinandi* coepta perpendit, etiā illud admiratus fuerit, quod anno MDXCIV. quum Turca adversus *Rodulphum II.* Imperatorem bellum movisset, Pannoniamque invasisset,



(1) *Henr. Spondanus* ad hunc annum in *Annal. Eccles. Dom. Berninius* in *Histor. Haeres. Tom. IV.* in *Clemente VIII. Daniel* in *Hist. Gallica* in *Henrico IV.*

(2) *Vita Ferdinandi MS.* superius laudata

*Ferdinandus* Magnus Dux (1) *Ioannem* fratrem cum duobus millibus peditum; *Antonium*, *Francisci* fratris filium, cum centum equitibus cataphractis, centumque sclopetariis; & *Virginium Vrsinium*, *Isabellae* sororis filium, cum volonibus nobilibus, minoribusque praefectis, opem laturos illuc miserit. At RICHARDVS Musis magis, quam Marti, deditus non sine voluptate legere potuit Sermones *Scipionis Admirati*, quos in *Cornelium Tacitum* commentatus est, quique hoc anno MDLXXXXIV. in lucem typis excusi prodiere. Multo magis vero laetatus fuerit, quod idem *Admiratus* familiaris suus, anno MDLXXXXV. sacerdotio Ecclesiae Florentinae auctus fuerit, & PresbyterCanonicus evaserit, & opera quidem *Christianae* a Lotharingia, regiae *Ferdinandi* coniugis, ut ipse *Admiratus* in epistola ad eamdem Principem anno MDLXXXXVII. data testatur. Quae quidem Princeps filium alterum peperit, qui *Carolus* vocatus, tamdem S. Romanae Ecclesiae Cardinalis anno MDCXV.

a

(1) *Marchesius* in *Museo Honoris Part. I. pag.* 360. *Vita Ferdinandi I. MS.* superius laudata. *Cosmas Baroncellius de Vita sua.* Vide etiam superius pag. LXII. Ad hunc *Ioannem Mediceum* duae *Gabrielis Chiabrerae* odae habentur *Tomo I.* operum huius Poetae *pag.* 33. 37. edit. Venet. ann. MDCCXXX.

a *Paullo V.* Pont. Max. renunciatus est (1). Dum vero hisce RICHARDUS gaudet, & hilaratur, laetitiae dolorem adversus fortunae ictus admiscuit; nam hoc eodem anno fratrem suum *Bernardum* rebus humanis exemtum amisit; & *Francisci* pariter germani filium acerba morte raptum deflevit. Insuper & ipsemet adversa valetudine laboravit; quod quum Magnus Dux, qui in Pratolini villa rusticabatur, rescivisset, iussit Archiepiscopo Pisano, *Carolo Antonio a Puteo*, qui nobilitate, doctrina, ac dignitate, conspicuus, primarius Magni Ducis administer erat; (2) ut RICHARDO scriberet, significaretque, se sponte ac clementer ei villae Campi Regii, seu Caregii, usum concedere, quo loci, ac coeli mu-

(1) De hoc Cardinali *Mediceo* vide, quae habet *Marchesius Part. I. Musei Honoris pag.* 398. ubi plures Scriptores, qui de eo agunt, citantur. Eius quoque monumenta in Bibliotheca Richardiana exstant, in Codice VIII. *Pluteo R. ordine II.* de quo superius *pag. LXVI.*

(2) De hoc Pisano Archiepiscopo scripsit Anonymus Cardinali *Aldobrandinio* anno, ut videtur, MDC, eiusque mores, indolem & auctoritatem graphice delineavit in Codice MS. Richardiano, exstante in *Pluteo S. ordine I. n.* XVII. De eo pariter agit *Vghellius* in *Archiepiscopis Pisanis*; & *Vita Ferdinandi I. MS.* in Codice Richardiano.

mutatione saluti consuleret, & citius convalesceret; adeo Tusco Regi gratus ille erat; quod aliae quoque epistolae, quae in Archivo Richardiano adservantur, luculente confirmant. Et quidem Princeps ille RICHARDVM plurimi faciebat etiam ob opulentiam, qua ad sua commoda utebatur. Nam quum hoc anno *Francisco Guicciardino* suo apud *Philippum II.* Hispaniarum Regem Oratori decem argenteorum millia transmittere vellet, & quidem clam omnibus aliis, eius mandato laudatus Archiepiscopus RICHARDO scripsit, ut trapezitica syngrapha, modo id recte factum putaret, Magno Duci clandestino tradita, solutionem Matriti faciendam curaret; eamdem pecuniae summam ab ipso Principe recepturus. Viro divite, & mercaturae perito, opus erat ad huiusmodi exsequenda, qualis quidem RICHARDVS fuit, quem ideo Princeps A. A. A. F. F. cum Florentiae, tum Pisis, praefecit; ita tamen ut lucrum & ipse participaret. Quare quum Magnus Dux centies millies argenteorum cudendis numis subpeditasset, RICHARDVS quindecies millies in commune, certis pactis conventis, & conditionibus, de suo contulit. Nec tamen adeo hisce negotiis ille se abdidit, ut non magis ad amicarum Musarum oblectamenta respiceret, & erudita voluptate ex illustribus antiquitatis reliquiis capta perfun-

funderetur. Nam ad Museum statuis, & simulacris, aliisque vetustis monumentis instruendum, animum adiecit; & *Antonii Pactii* Romae commorantis opera ad id efficiendum usus est, qui eius iussu multas marmoreas protomas studiose comparavit, eique Florentiam misit (1). Nec mirum si RICHARDUM laudabilis haec antiqua monumenta adipiscendi cupido incessivit, quum multa huiusmodi per ea tempora Romae terra alte effossa eruerentur, *Mediceosque* Principes, *Cosmam*, *Franciscum*, *Ferdinandum*, (2) quos imitaretur haberet, antiquariae, atque eruditae supellectilis aestimatores maximos, & comparatores avidissimos, cuius rei testes regium Florentiae Cimeliarchium, & tot doctae vetustatis lipsana, quae in aedibus Mediceis Romae subspiciuntur; atque inter Scriptores testis locupletissimus *Flaminius Vacca*, Sculptor Romanus, qui anno MDLXXXXIV. de anti-

(1) *Antonii Pactii* Epistolae *Autographae* hac de re agentes in Archivo Richardiano exstant. Anne hic *Pactius* ille est Eques Ierosolymitanus, qui per haec tempora vivebat, & quo de agit *Nigrius* de *Scriptoribus Florentinis*?

(2) De his vide, quae habet *Ioseph. Blanchinius Sermon. De Magnis Etruriae Ducibus*, *Sermon. I. II. III.* Vide etiam, quae nos superius diximus *pag.* XCVIII.

tiquis monumentis Romae sua aetate repertis breve, & illustre Commentarium *Simonettae Anastasio* inscripsit, a *Montefalconio* primum in suo *Diario Italico*; deinde in *Vrbis Romae antiquae, & modernae Descriptione* anno MDCCXLI. publici iuris factum. At non ab *Pactio* tantum, verum etiam ab aliis Romae commorantibus amicis literas hoc anno RICHARDVS accepit, ut a *Flaminio Clario*, qui ei, indictas fuisse supplicationes pro solemniori augustiorique Regis Navarrae *Henrici* in Catholicae Ecclesiae sinum receptione Romae celebranda; & quanta Pontifex Maximus pro bello Pannonico contra Turcas substinendo paravisset, significavit. Scripsit ei pariter Roma *Ioannes Bardius*, ex Vernii Comitibus, de fratris, & puelluli obitu multa conquestus, RICHARDVMQVE consolatus est. Quum autem quanto desiderio res praesignes, & pretiosi lapides, a RICHARDO quaererentur *Angelus Brunaccius* a Romena intellexisset, ei hoc eodem anno scripsit, & iaspides quasdam se obtulit venditurum. Illas quidem, aliasque RICHARDVM comparavisse, argumento esse potest, quod eius obitus tempore, duas capsas iaspidum variarum fragminibus plenas, & plurima vasa ex eodem lapide fabricata, in eius aedibus inventa fuerint. At heic non mirari non possum, quod *Antonius*

*Fran-*

*Franciſcus Gorius*, vir clariſſimus, in *Praefatione Partis I. Inſcriptionum Etruriae*, de RICHARDO ſcriptum reliquerit, his verbis: *Primus omnium, qui ſingulari antiquitatis ſtudio, & amore mirifice accenſus, inſignem tabularum ſtatuarumque theſaurum Florentiam Roma advehi iuſſerit, tantamque noſtrorum veterum monumentorum iacturam quodammodo inſtaurarit, fuit Richardus Riccardius; vir generis nobilitate, eruditione, & elegantis Poetae laude ſua tempeſtate clariſſimus, aeternoque nomine dignus &c.* Niſi ita vir celeberrimus ſcripſit, quaſi RICHARDVS omnium primus, inſignem & copioſam utriusque antiquariae ſupellectilis, tabularum, ſcilicet, ſtatuarumque theſaurum Florentiam Roma advehi iuſſerit. Nam alterutrum vel ſaeculo XV. *Medicei* Proceres *Coſmas Senior*, *Laurentius Magnificus*, aliique, fecerunt, ut ipſe *Gorius in Praefatione Part. III. Inſcript. Etrur.* (1) & *Praef. Tom. I. Muſei Florentini* (2) fatetur. Saeculo autem XVI. *Coſmas I*, *Franciſcus*, *Ferdinandus*, Magni Duces, immenſam prope huiuſmodi monumentorum copiam comparavere, & contemplandam expoſuere, ut ſuperius tempeſtive diximus, & in laudata Praefatione Muſei Florentini *Gorius* adfirmat. Inſuper ſub *Coſma I.* & *Franciſco*, Princi-

ci-

(1) *Pag.* *XXII.*
(2) *Pag.* XIII.

cipibus, *Nicolaus Gaddius* muneribus clarissimis obitis, & eruditione, conspicuus vixit, ac floruit, qui tot antiquitatis eruditae lipsana rara & pretiosa Roma Florentiam, in suas aedes, transtulit (1), quot adhuc ibi subspiciuntur. *Gaddius* autem anno MDXCI. naturae concessit, quum anno MDXXXVII. natus esset; qui insuper Bibliothecam egregiis codicibus instruxit, & locupletavit. Quare non mirum si eum tot laudibus tulit *Scipio Admiratus*, & eius Museum maxime celebravit (2); non aliter ac *Franc. Mar. Gualterottus* in Elogio apud *Iacobum Gaddium* eius gentilem. Porro & inscriptiones vetustae, quae in hortis *Corsiniorum* sunt, apud *Guicciardinios* exstabant, *Io. Bapt. Donii* tempore, ut ipse *Gorius Par. II. Inscr. Etr.* (3) scribit. Has qui quaesiverit, forte aliquis opinetur *Nicolaum* fuisse, qui anno MDLV. Romae versabatur *Co-*

*smae*

(1) *Iulius Nigrius de Script. Flor.* & *Gorius* ipse *Par. I. Inscr. Etrur. in Praefat. pag. XXXIV. Baccius* autem *Bandinellius* Gaddiani Musei Descriptionem composuit, & typis excusam in vulgus prodidit. Hunc *Gaddium* perhibent multa antiqua monumenta, dum Romae Magnis Ducis Legatum ageret, eius iussu comparasse, quae in Museo Mediceo adhuc spectantur; quumque Magno Duci eorum satis iam quaesitum esse videretur, cetera in sui privati Musei ornatum *Gaddium* quaesivisse.

(2) *Tomo II. Opusculorum pag.* 506.

(3) *Pag.* 444.

*simae I.* Ducis Orator, aut *Horatium*, qui eodem munere Romae functus est. Quid de Museo Nicoliniano dicam, quod *Ioannes*) *Angeli* Cardinalis F. saeculo pariter XVI. collegit, ac dedicavit, ut ipse *Gorius in Praefatione Part. I. Inscript. Etrur.* (1) memoriae prodidit; nisi *Angelus* ipse Purpuratus illud iam inchoaverat? Et eo magis mirari subit, quia *Gorius* hanc antiquariam RICHARDI collectionem in annum MDC. reiicit. Non haec dico, quod RICHARDVM merita laude fraudare velim, quum hos commentarios eius memoriae & honori elucubraverim; sed quia falsa laus viri sapientissimi manes iuvare non potest, quum tot subpetant verae & splendidissimae. Sequenti anno MDLXXXXVI. habuit RICHARDVS quod in memorandis *Ferdinandi* Magni Ducis ausis subspiceret. Etenim hoc anno Massilienses, *Casalii* tyrannidem amplius ferre non valentes, eum obtruncarunt, (2) & sese in libertatem adseruere, quae quidem *Ferdinando* maxime cordi erat; atque in manus Ducis *Guisii* se tradiderunt. Huius caedis auctor fuit *Pe*-

(1) *Pag. XXX.*

(2) *Guesnay Annalib. Massiliens.* & *Vita Ferdinandi I.* MS. saepius laudata, in qua diffusa, & luculenta narratio est omnium, quae *Ferdinandus* pro tuendo, conservandoque Castello Ifi egit; & *Cosmas Baroncellius de vita sua*.

*Petrus Libertatus* Corsica oriundus, vir strenuus, cuius maiores lares et facultates Massiliam (1) transtulerant, a *Ferdinando* incitatus. Nam Magnus Dux tyranni illius caedem meditans *Lactantium Saeculiam* Monachi habitu, quo res lateret, Massiliam miserat, ut cum *Libertato* de *Casalio* occidendo ageret. Ille igitur VI. M. aureos duplos Hispanienses homini Cyrnaeo promisit, si Massiliensem tyrannum interfecisset; qui quidem praemio inductus periculosum facinus feliciter exsequutus est (2). At quum *Auria* spe occupandae Massiliae excidisset, alio animum convertit, & Castellum Isi obsidere, & capere deliberavit, insidiisque structis *Bussetum*, & *Placidium* Equitem, caedere tentavit, varias causas vindictae praetendens: quod quidem facinus *Ferdinandus* vehementer indignatus est. At Regi Hispano *Philippo II.* aperte displicere nolens, quum rescisset quid *Auria*, & foederati, quererentur; nec damnorum illis illatorum auctor videri vellet, quorum *Bussetus* causa tantummodo fuit; quo se omni suspicione purgaret, iussit *Philippo Rinuccinio*, insulae, & militum Tuscorum Praefecto, ut nacti tempus opportunum, quo Buf-

(1) *Guesnay* in *Annalibus Massiliensibus*.
(2) *Baroncellius De Vita sua*.

*Bussetus* Massiliae versaretur, turri Castelli Isi potirentur; id quod facile exsequuti sunt: & tunc *Ferdinandus* Regi Hispano significavit, se in Castelli Isi portu, tamquam in statione bene fida, navigia omnia Hispaniensia recepturum, tutaturumque esse ab omni iniuria; modo navigiis Gallis minime insultarent, & damna inferrent: utriusque enim Regis & nationis amicitiam & benevolentiam adfectabat. At alia parte *Bussetus* dolebat ac querebatur, quod turris ab Tuscis sibi erepta fuisset, ea sola de causa, quod res Gallorum fovens, navigia Hispana damnis adficere tentasset: atque ita Massilienses, aliosque Gallos, contra Tuscos adsidue irritabat. Quare illi, Duce *Guisio* adnuente, insulam Ratonellum Castello Isi proximam munire adgressi sunt, ut, ne hunc portum subirent, quascumque vellent naves prohibere facile possent. Id autem quum *Ferdinando* innotuisset, statim *Ioannem* fratrem cum sex triremibus, & duabusnavibus, calce & lapidibus onustis, & cum mille peditibus, illuc misit, qui ne munimenta in Ratonello perficerentur praepedivit, & classem Gallicam vias sibi praeclusas aperire tentantem, telaque ignita contra Tuscos tormentis iaculantem, paribus telorum ictibus impetere non dubitavit; quare nec ab vicina insula Calastraccia, quam *Ioannes* occupaverat iam &

muniverat, a Gallis id molientibus expulsus est; nec in aliquo cessit, nisi quod annonae & victui in Ratonellum classe deferendo transitum permittere coactus est. Interea Dux *Guisius*, responsis a Rege acceptis, in Castellum Isi misit, qui menstruas inducias ab *Ioanne Mediceo* peteret; quae quidem facile concessae ac firmatae sunt, atque deinde *Guisius* cum *Ioanne* congressus est; ac de pace inter eos actum. Hoc autem anno RICHARDUS habuit, quo non gauderet tantum, sed etiam gestienti laetitia exsultaret, quum Magnus Etruriae Dux germanum eius *Franciscum* Senatoria dignitate auxerit, ( 1 ) & tantae domus divitias, ac nobilitatem, clarissimi etiam ordinis honore decoraverit. Et quidem ex RICHARDI industria, & in rebus agendis solertia, maiora in dies merita *Richardiae* gentis oriebantur; ille enim dum auro, argento, aere flando feriundo praeesset, tantum lucri ex collata pecunia extudit, ut rationibus exami-

(1) Senatoriae dignitatis *Francisci Richardii* memoria exstat in Catalogo Senatorum Florentinorum ab initio usque ad annum MDCVI, qui habetur Codice MS. Richardiano VII. *Pluteo Q. ordine IV.* in quo est etiam *Priorista*, ut vocant, compositus eodem anno, ut videtur. Consulendus etiam libellus, qui *Senatorista Florentinus* inscribitur.

minatis, annis MDXCVI. & MDXCVII. ad viginti millia, & quod excurrit, aureorum adscenderit. Quamobrem Magnus Dux, anno MDXCVII. X. KL. Octobris, clementer adnuit, ut RICHARDVS volens ad maius mercaturae opus, & signandae pecuniae quantitatem, adgrederetur, edito rescripto, quo RICHARDI coepta probabat; iubebatque, ut regii aerarii Quaestori negotiorum gestorum rationem in dies tantum redderet, a quo Princeps deinde de omnibus doceretur. At dum hisce gravioribus operam dabat RICHARDVS, etiam leviora quaedam, honestam animi remissionem quaerens, minime negligebat; quare hoc eodem anno MDXCVI. una cum *Francisco* fratre, ut se exhilararet, & civitatem universam laetam faceret, festam venustamque personatorum hominum pompam, Bacchanaliorum, ut vocant, tempore instituit, sumtus publicae laetitiae inservientes lubenter liberaliterque subpeditans, & suae munificentiae specimen luculentissimum praebens. Anno MDXCVII. mense Aprili *Francisci Richardii* proles aucta est, quo uxor *Annam*, tertiam filiam, peperit; quo quidem anno *Ferdinandi* Magni Ducis iustitia & sapientia maxime eluxit; nam Hispanorum amicitiam negligens, & *Henricum IV.* Galliae Regem feliciter de hostibus triumphantem miratus, Castellum Isi, huic re-

restituit, & de *Maria* sui fratris filia ei uxore danda cogitare coepit. Quum enim *Margaritam Valesiam* coniugem sterilem *Henricus* legitime repudiasset, aliam uxorem ducturus erat; & ut *Mariam* acciperet *Ferdinandus* apte opportuneque proposuit, & puellae imaginem misit, quam Rex ille maxime probavit (1). Anno MDXCVIII. quo *Fanciscus Richardius* aliam femellam ex uxore substulit, nomine *Catharinam*, RICHARDUS aedes, hortosque emit, qui Florentiae in Valle funda, aut profunda, adhuc ab heredibus possidentur, illosque ei vendidere duodeviginti millium quingentorum argenteorum pretio *Ioannes Aloysius Chiappinus*, & *Gentilina*, *Nicolai Vitellii* filii. Illud quoque notatu dignum, quod bona quaedam non procul a Lastra, Etruriae oppido VII. M. P. Florentia ad Occasum distante, sita, quae *Laelii Taurellii* Iuris Consulti nobilis, & hominis pereruditi, in RICHARDI viri pariter docti, & literatissimi, dominium transiere. Et recte quidem ac sapienter illos fundos RICHARDUS comparavit, quum iam Castellum Pulcis, ut diximus, emisset; nec ab eo Castello latifundia illa multum remota essent. Quum vero

(1) Haec omnia habentur in *Vita Ferdinandi I.* manu exarata in Codice Richardiano alias laudato.

ro RICHARDVS non tantum negociis gerendis idoneus, sed literis etiam excultus, mirabili facundia, & humanitate plane singulari, praestaret; Florentiamque *Mustafus* Turcarum Imperatoris Orator ad *Ferdinandum* Magnum Ducem venisset; isque in servos & domesticos suos adeo barbara crudelitate saeviret, ut sibi manus inferre miseros illos, dominicae diritatis impatientes, saepe compelleret; quum id Magnus Dux in Villa Petrariae rusticans rescivisset, infelicem illorum conditionem miseratus, & impotentem *Mustafi* immanitatem improbans, RICHARDO sequentem epistolam (adeo eius humanitate, lenitate, ac virtute confidebat) A. D. XII. KL. Iunias anno MDXCVIII. scripsit: *Volo, ut meo nomine Turcarum Domini Oratorem convenias, ei persuasurus, quod, quamvis domestici coercitione aliqua, & poena, continendi sint, nihilo tamen minus remedia, quae ipse adhibet, violentiora, quam deceat, esse videantur. Perspicue enim liquet: si ad manus sibi per se ipsi inferendas, desperationis impetu adiguntur, facilius eodem impellentur ad ipsum herum, sive heic, sive in itinere, coniurantes interficiendum; vel ad aliam iniuriam, & damnum inferendum; aut saltem fugitivi deserent, solumque destituent. Ex quibus omnibus, & ex iis etiam quae hactenus contigere, non nisi quaedam infamiae labes eius perso-*

*nae, vel ipsi, quod gerit negotium, emergere potest; atque id ipsi Turcarum Regi fraudi, ac detrimento, esse. Insuper famuli in patriam reversi eum calumniari poterunt, & mentientes falsi criminis postulare. Itaque satius esset lenius, pacatiusque se habere; atque interea, ut veniam petant, & poenam deprecentur, illos inducere; quibus ipse merito reprehensis, & obiurgatis ignoscat; in posterum vero si peccarint, eos duci iubere, & legitime, pro ut iura exigunt, puniri. Tu igitur haec ei persuadere conaberis, quo cuncta exsequi minime abnuat. Vale.* Ea propter arctam cum RICHARDO amicitiam *Mustafus* contraxit, & ad eum saepe dabat litteras, quarum aliquae in Archivo Richardiano αὐτόγραφοι adservantur; & ex quibus noscitur Italicam linguam, & litteras, Turca ille calluisse: RICHARDVSQVE fuit, per quem Magnus Dux eidem Oratori Turcae MCL. argenteos donationis titulo dedit; & apocha de recepto αὐτόγραφος in eodem Archivo exstat, data IV. Non. Iulii anno MDXCVIII. Dum haec a RICHARDO geruntur, iam Florentiam egregius Vates, *Gabriel Chiabrera* Savonensis advenerat (1), cum quo

(1) Quo anno Florentiam *Chiabrera* venerit, me latet; sed circa haec tempora venisse credibile est, annos iam natum XLVI. Diu Florentiae

quo RICHARDUS, ut dixi, fuit arcta familiaritate coniunctus; Vates, inquam, summis laudibus ferendus, & quem Medicei Principes multo honore prosequuti sunt (1). Verum quum is procul a patria esset, nil mirum si primis sui Florentiam adventus annis aere alieno opus habuit: eius igitur indigentiae munificus RICHARDUS consuluit, mutuis datis ducentis argenteis hoc ipso anno MDXCVIII. qui nullo foenore ab eo in tempore restituendi essent. At hoc minime contenta RICHARDI liberalitas, eidem Vati antiquam gemmam *Homeri* imagine insignem dono etiam dedit; ob quam gratias agens *Gabriel* venustum epigramma ei misit, quod Latine versum ita habet:

*Illum, qui pulcrum, quo incensum est Ilion, ignem;*
*Teucrorum oppressum dixit & imperium,*
*Sublimem Cygnum, Permessus quem audiit altis,*
*Immortale virens, obstupuitque, iugis,*
*Victus amore mei, atque animo Richardus adactus*

9 ✠ 4 *Hu-*

tiae permansisse videtur; nam in sua Vita scribit, se a Principibus *Mediceis* per XXXV. annorum spatium splendide & honorifice habitum. Obiit anno MDCXXXVIII. ut *Laurentius Crassus* in Elogio memoriae prodidit.

(1) Adi superius *pag*. XXXVI.

*Humano, gemma mi referente, dedit.*
*Ipsum quo inspiciens res gestas dicere conor*
*Excitus Amadei, fortiaque arma, ducis.*
*Ast, ubi subspiciens memori sub mente revolvo,*
*Quantum in Maeonio carmine robur inest;*
*Audacem ingentis coepti me poenitet: Ast hoc*
*Nobile si munus dat mihi consilium,*
*Amadeum ut taceam, fervescere sentio pectus,*
*Ut te, a quo tanto dignor honore, canam.* (1)

Nec satis laudis RICHARDO dedisse, gratumque

(1) Hoc Epigramma MS. exstat in Codice Richardiano *III. Pluteo S. Ordine I.* atque ita primigenia lingua Italica habet:

*Per una imagine d' Omero donatami dal Signor Riccardo Riccardi.*

*Lui, che 'l bel foco, onde Ilion s' accese,*
*E ci disse de' Teucri il regno oppresso,*
*Cigno sovran, cui l' immortal Permesso*
*Su' gioghi suoi con meraviglia intese,*
*D' amor sospinto, e da pensier cortese,*
*Diemmi Riccardo in care pietre impresso,*
*Perchè mirando in lui sforzi me stesso*
*A cantar l' armi, e d' Amedeo l' imprese.*
*Ma quando col mirar penso e rammento*
*L' alto, che nel suo stil regna, valore,*
*Di mio soverchio ardir meco mi pento.*
*Pur se 'l nobile don consiglia il core,*
*Ch' Amedeo taccia, io riscaldarmi il sento*
*A dir di te, che me n' hai fatto onore.*

que & memorem hoc uno carmine se praestitisse, *Gabrieli* visum est; nam saepe eum aliis carminibus celebravit, ut in commentarii huius progressu exstabit; & septem odas elegantissimas Deiparae honori conditas ei inscripsit (1), & iure optimo quidem; nam eas com-

(1) Vide superius *pag*. XXXVI. & XXXVII. Sed heic animi pendeo, nec nodum dubitationis solvere valeo, unde nam factum fuerit, ut septem illae Cantiones in Deiparae honorem a *Chiabrera* deductae, in manuscripto Codice Richardiano proxime laudato, & quidem, ut videntur, ab ipso Auctore recensitae, *Richardo*, ut diximus, inscriptae sint, tam eius nomine in ipso fronte operis ita praefixo: *Per la sempre Benedetta Vergine; al Sig. Riccardo Riccardi*; quam in Ode septima commemorato; ac deinde in editione Carminum *Chiabrerae*, quae anno MDCX. Venetiis curata est, dum scilicet adhuc *Richardus* viveret, earum quatuor *Petro Hieronymo Gentili* nuncupentur, quod nomen corrupte in editione Romana anni MDCCXVIII. *Peregrino Gentili* legitur; nec in hac editione quatuor Odae tantum sunt, sed quinque. At in MS. Codice Richardiano septem Cantiones sunt: quare putaverim, quum *Chiabrera* quatuor illas Odas iam *Gentili* inscripsisset, postea duas, vel tres addidisse, & omnium collectionem *Richardo* amicissimo tamdem dedicasse. Observandum tamen, quamquam editio Veneta anno MDCX. perfecta dicatur, tamen anno MDCIV. Carmi-

num

componendi occasionem RICHARDUS praebuerat, Deiparae elogium scribens, quod plurimi

num *Chiabrerae* collectionem a *Petro Hieronymo Gentilio* factam fuisse, ut ex Epistola editioni illi praefixa constat. Haec *Chiabrerae* carmina *Richardo* inscripta exstant in memorato Codice Richardiano MS. Eclogis tamen exceptis, & Oda pro Statua *Ferdinandi I.* equestri, & Epitaphio. Ast heic producendae sunt Odae illae duae, quae ineditae sunt, & *Richardo* una cum prioribus quinque inscribuntur. Sunt autem, quae sequuntur.

*Canzone.*

*L' alma chiarezza, onde Maria risplende,*
*Diffonde lampi sì cocenti, e lume,*
*Ch' umano occhio presume*
*Mirare in van, s' a rimirarla prende,*
*Nè per le ciglia de' mortali avanza,*
*Che di lei vagheggiar qualche sembianza.*
*Sì le cetre del ciel, ch' alme sonaro*
*La del Giordan su la beata riva,*
*Ora vite, ora oliva,*
*Or cantando di lei palma cantaro,*
*Or mirra eletta, che soave odora,*
*Ed or bel giglio, che le valli infiora.*
*Spesso in colomba vedo aombrarla, e spesso,*
*Io nominarla sento ape ingegnosa:*
*E nardo spesso, e rosa*
*E su le piaggie di Sion cipresso,*
*E di Libano cedro alta sul monte,*
*Ed orto chiuso, e sigillata fonte.*

Ve-

mi ab eruditis viris est habitum, RICHARDO quoque ab eodem *Chiabrera* carmen aliud, quod in-

*Vere, e per vero dir, vive figure,*
*Che di pensieri eccelsi empiono i cori;*
*Ma de' suoi tanti onori*
*Io non rimembrerò sembianze oscure,*
*Se lei, con Giob in guerreggiar non domo*
*Dall' inimico inferno, aquila nomo.*
*L' aquila fra gli sguardi egri mortali,*
*Sola affisando il Sol guardo non piega,*
*Oltra le nubi spiega*
*Per altissimo ciel fortissime ali*
*Rapida in corso, e solitaria stassi,*
*E pon suo nido infra gli aerei sassi.*
*Nemica a gli angui in trasportar sostiene*
*Su i propri vanni i figli suoi per via;*
*E di questi a Maria*
*Titoli di virtù qual non conviene?*
*Non tenne intenta nel gran Sole il ciglio,*
*E ne' gran raggi, e nel fulgor del figlio?*
*Ma dove ardente per le vie del cielo*
*Il canto di mia lingua oggi sen vola?*
*Alma pia si consola*
*De' sacri sensi nel coperto velo,*
*E pur come ape nel fiorir d' Aprile,*
*Occulta ragionar, col suo pensiero;*
*Quando congedo avrai preso da lui,*
*E che gli avrai narrato i desir tui.*

*Si-*

illuc *Joannem* fratrem, Ducem eximiae, & famigeratae, virtutis, cum copiis auxi-
12 ✠ 4 lia-

*Signor costui, ch' alle miserie in seno,*
*Con alte glorie altrui se stesso sprona,*
*Or d' ogn' arbitrio suo ti porge il freno,*
*Togliendosi a se stesso a te si dona;*
*S' avverrà ch' in lui splenda il tuo sereno,*
*A se promette ancor fregio e corona,*
*Pellegrinando aiuti, umile elegge*
*Ogni tuo bel volere a se far legge.*
*A te viene, in te spera, ed io l' invío,*
*Nè dritto par, ch' ei non impetri aita;*
*Se nulla v' è, ch' il buon voler restío,*
*Ti renda a sì bell' opra alta e gradita;*
*Dolce ti fia d' assomigliarti a Dio*
*Giovando altrui con man pietosa e ardita,*
*Perchè in mercè di così nobil zelo*
*Avrai per carro a' tuo' trionfi il Cielo.*
*E 'n terra poi di Mecenate il vanto*
*Eternerà tuo glorioso nome,*
*Onde forse costui con più bel canto*
*A tua gloria ornerà le proprie chiome;*
*Sicchè i pregi, l' onor, l' utile, e quanto*
*Egli otterrà per le bramate some,*
*E quanto avrà di glorioso e buono,*
*Di tua pietà sarà verace dono.*
*Onde saprai quant' è soave cosa*
*Altro mirar del mio sereno accinto,*
*Che parto sia della tua man pietosa,*
*E che porti il tuo nome in se dipinto;*
*O che dolce mirar tua gloria ascosa*
*In*

liaribus misit (1). Res alia contigit Flo-

*In un che t' è d' eterno amore avvinto,*
*Cui se di veri onor ministri i semi,*
*Miete tua gloria a' propri frutti estremi.*
*Ma se nulla lusinga il tuo pensiero,*
*Ch' al bel desío di lui credenza nieghi,*
*L' esperienza fia ritratto vero*
*Di suo nobil desío, dei giusti preghi,*
*Onde aprir gli puoi tu lieto il sentiero,*
*Perchè a più degne imprese egli s' impieghi;*
*Nè alcun ti farà mai degno d' emenda,*
*Che per pietà tuo nome in lui risplenda.*
*Quando avverrà, ch' i suoi desiri adempi,*
*E l' involi al furor d' avversa sorte,*
*Lieto vivrai fra' memorandi esempi,*
*D' eterno grido aprendo a te le porte;*
*Bel cambio fia, che simulacri, e tempi*
*Ei renda a te, se te 'l farai consorte,*
*Non dell' oro, Signor, che ciò non chiede,*
*Ma di seguirti in trovar mia mercede.*
*E se col suo sperar tropp' alto ascende*
*Non è sua colpa, ma del tuo valore,*
*Che destandolo a me l' alma gli accende*
*Di cercare anco il tuo nel proprio onore:*
*Quì tacque e ratta al bel sereno ascende*
*Ella, e desto me lascia in gran terrore;*
*Ond' io conobbi, che per mia salute*
*Era costei, Signor, vostra Virtute.*

(1) Auctor est *Io. Cosmas Baroncellius Sermone de Vita sua ad filios;* qui hisce omnibus interfuit; & *Iacobus Augustus Thuanus* ad hunc annum.

Florentiae hoc anno memoratu digniſſima ; nam quum *Sebaſtianus* Luſitaniae Rex in bello Africano cecidiſſet, magnumque ſui deſiderium Luſitanis reliquiſſet, Calaber quidam, *Marcus Tulla Caſiozonius* nomine, facie *Sebaſtiano* ſimillimus, ſe vere eſſe *Sebaſtianum* e pugna ſimulato habitu profugum finxit & iactitavit. Quum autem Venetias perveniſſet a Patribus illis Hiſpani Oratoris rogatu cuſtodiae traditus fuit ; ſed tamdem liberatus, Florentiam ſe contulit, ubi Magnus Dux eum vinciri iuſſit, & Neapolitano ProRegi miſit, attentatae fraudis poenas daturum (1). Anno MDCII. *Gabriel Chiabrera* de D. *Ioannis Baptiſtae* morte Poemation *Ferdinando* Magno Duci inſcriptum Florentiae edidit (2), quo & Principis benevolentiam magis ſibi devinxit ; & Eruditorum laudes, adprobationemque promeruit ; & *Ioan-*

(1) *Marcus Battaglinius in Annalibus Sacerdot. & Imperii ; Vita Ferdinandi* MS. ſaepius laudata ; *Iacob. Auguſtus Thuanus ad hunc annum ; Vianolius Hiſtor. Venet.*

(2) Titulus ita habet : *Narrazione della morte di S. Gio. Batiſta, Poemetto di Gabbriello Chiabrera, al Sereniſſimo Gran Duca di Toſcana ſuo Signore. In Fiorenza, nella Stamperia de' Giunti. 1602.*

*Ioannes Mediceus* in Belgium iterum profectus est, ut Ostendae obsidioni ab *Alberto* Archiduce primum, & ab *Ambrosio Spinula* Hispanorum Duce deinde factae, interesset; qua urbe post trium annorum & quinque mensium oppugnationem capta, in Britanniam contendit (1). Quum annus MDCIII. verteret, *Franciscus* Senator alteram uxorem duxit, *Constantiam Francisci F. Paulli Antonii N. Valoriam*, feminam nobilissimam, aliam masculam prolem ex ea se subscepturum sperans, quum ex prima uxore femellas filias plures, & unum tantum marem, sustulisset: nec eventus spem fefellit. Domesticae laetitiae RICHARDVS particeps Venetias profectus est, in qua urbe societatem mercaturae faciendae gratia inierat, cito tamen in patriam reversurus, ubi Magnus Dux ad mercaturae progressus ampliandos animum adplicuerat; quare Florentiae artificium telas holosericas, quae ab levigata, & lucida, superficie *Rasarum* nomen acceperunt, & vela, instar illorum, quae Bononienses fabricare consueverant, texendi instituere volens, quum RICHARDVS tunc temporis Venetiis versaretur, *Franciscum* eius fra-

1) *Cosm. Baroncellius De Vita sua*.

fratrem hac de re consuluit, & ad eum epistolam dedit a Monte Vectolini VI. KL. Ianuarias huius anni, quibus iubet, ut una cum Principalis Aerarii Quaestore, iubeat atque committat RICHARDO fratri omne id, quod rei exsequendae conducat, quodque ipse Venetiis rediens curare valeat, & Bononiae etiam addiscere: quo vero citius RICHARDUS imperata capesseret, publicae fidei litteras, *Francisco*, & Quaestori, hac de re datas, ei mitti praecepit (1). At dum Venetias RICHARDUS contenderet, si forte Ferraria transibat, in ea urbe amicos eruditos inviserit; siquidem ibi amicos habuisse indicare videatur eius epistola, quo anno scripta incertum, quae ita habet.

*Multum Magnifice, & Excellens,*
*Domine mi.*

*Detius* (2) *noster epistolam mihi Tuae Dominationis ostendit, ex qua cognoscere po-*

(1) Monumenta exstant in Archivo Richardiano.

(2 Hic, ut videtur, est *Io. Baptista Detius*, cuius superius *pag.* LXXXVIII. mentionem fecimus. *Io. Baptista* enim *Detius* iunior, qui

*potui, te meam epistolam non accepisse, qua gratiosae tuae respondebam; quod quidem*

qui a *Clemente VIII.* in Purpuratorum Senatum anno MDIIC. cooptatus est, esse non potest; quum adolescens Romam Florentia migrarit anno circiter MDXCII. quum natus esset anno MDLXXVI. si *Io. Palatio* magis, quam *Nigrio* fidem habemus. Consulat quis de eo, si tanti est, *Iulium Nigrium De Scriptoribus Florentinis*, *Ferdinandum Vghellium De Episcopis Ostiensibus*, & *Io. Palatium in Fastis Cardinalium*. Quo autem anno ille *Detius* senior, qui *Ioannis Mariae* filius fuit, & anno MDXXXIX. natus est, obierit ignoro, sed anno MDXCV. adhuc vivebat. Miror tamen, cum a *Nigrio* silentio praeteriri, quum homo litteris admodum instructus fuerit. In Codice Richardiano III. *Pluteo O. Ordine IV.* est Epistola *Paulli Russii* scripta *Io. Baptistae Detio* anno MDLXIV. Pisis, & Carmina varia ab *Russio* eidem inscripta, ex quibus unum hic proferre lubet; ex quo intelligere est, *Detium* non tantum eruditione praestitisse, sed suas commentationes etiam litteris mandasse.

*Felice Donna, il Ciel cui diede in sorte*
*Sì degno amante, i cui vivaci inchiostri*
*A mal grado del tempo, e de la morte*
*Renderan sempre illustri gli onor vostri.*
DETI, *felice e voi, ch' a questi nostri*
*Tempi, schivando l' empie strade, e torte,*
*L' ali*

*dem mihi displicet, quia in ea tibi prolixe scripseram super iis, quae rogaveras. Etenim, quum litteras Ferrariam* (1) *simpli-*

*L' ali impennate a' luminosi chiostri,*
*Di sì belle, mercè, sì fide scorte.*
*Coppia, tre volte, e quattro, e più felice,*
*Se spregiando del Mondo il fosco, e 'l vile*
*L' un l' altro amate quanto è bello, e lice.*
*Donna, s' ei v' orna col suo raro stile,*
*Illustrate 'l bel voi, ch' egli arde, e dice,*
*E vivete beati eterno Aprile.*

Hic *Detius* unus ex Academiae Furfureae institutoribus, eius Archiconsul primus, hoc est, anno MDLXXXVII. fuit, ut scribit V. Cl. *Salv. Salvinius* in *Fastis Consularibus Academiae Florentinae*, ubi de *Ioanne Baptista Detio* agit, & V. Cl. *Ant. Mar. Biscionius* in *Vita Ant. Franc. Grazinii pag.* XLIX. quae huius operibus praefixa est, edit. Flor. 1741.

(1) Qui nam Ferrariae vir eruditus esset, qui cum Florentiae versante amicitiam *Richardus* contraxerat, me prorsus latet. Multi viri eruditi per ea tempora Ferrariam patriam suam illustrabant, ut apud *Ferrantem Borsettum Histor. Gymnas. Ferrar.* videre est. An non tunc temporis *Io. Baptista Guarinius* Ferrariae in patria fuerit, quem *Detii* amicissimum fuisse constat? *Guarinius* insuper, qui anno MDCXII. vita defunctus est, diu Florentiae apud *Ferdinandum* Magnum Ducem permansit, praesertim anno MDCI. quum anno MDXCVIII. in hanc urbem venisset, ut superius *pag.* CXLI. videre est.

*pliciter miserim, nec cuiquam commendaverim, illae periere. Hisce modo breviter supplebo, dicens tibi, Dantem omnium primum fuisse, qui rhythmum ternarium invenerit* (1); *illudque poeseos genus excogitaverit, quod per insomnia res exhibet* (2): *quem deinde in hoc imitati sunt Fatius Vbertius* (3), *Petrarcha in Triumphis*

(1) *Dantem*, seu *Durantem*, *Aligerium* Florentinum omnium primum ternario rhythmo, ut vocant, usum esse, tradit etiam *Io. Mar. Crescimbenius* in *Hist. Poesis Vulg. Lib. I. pag.* 15. 38. 39. Verum in *Commentariis illius Historiae Vol. I. Lib. I. Cap. XIII pag.* 162. quum dixisset, etiam *Ludov. Castelvitrum*, & *Claud. Ptolemaeium* in hac eadem sententia fuisse, id in dubium revocat, & ternarii rhythmi inventionem *Brunetto Latino*, qui ante *Dantem* floruit, attribuit *Crescimbenii* editione Veneta anni MDCCXXXI. utor.

(2) Non video id adnotatum a *Io. Mar. Crescimbenio*, qui tam fuse ac prolixe de nostra Poesi egit: non tamen id ita adfirmo, ut omnia in *Crescimbenio* a me observata esse pertendam.

(3) De *Fatio*, seu *Bonifacio*, *Vbertio*, *Mich. Pocciantius*, *Iulius Nigrius*, & *Io. Mar. Crescimbenius*, agunt. Duo eius Dictamundi Codices MSS. in Richardiana Bibliotheca exstant, & in aliis Codicibus varia eius carmina.

*phis* (1), *Ioannes* (2) *Pegolottius in imitatione persimili*, *Boccaccius* (3) *in Amatoria Visione*, *Auctor Ephemeroedias*

(1) *Franc. Petrarchae* Carminum Codices MSS. quamplurimi & insignes, in Bibliotheca Richardiana habentur.

(2) De *Ioanne Pegolottio* ita *Io. Maria Crescimbenius Vol. IV. Comment. Histor. Vulgar. Poeseos Lib. I.* scribit: *Giovanni Pegolotti fu Poeta bizzarro, e capricciosо, e non poco inclinato al satirico, e al burlesco. Fiorì nel principio del Secolo XV. in tempo di Alberto V. Marchese di Este, del quale era suddito: per lo che noi congbietturiamo, che egli fosse della stessa famiglia de' Conti Pegolotti, che ora fiorisce in Reggio di Lombardia. Si truovano sue rime MSS. nella Strozziana; e se ne trovano anche nella Chisiana; ed in questa è appellato Nanni, che è accorciamento di Giovanni. Io. Cinellius* in *Historia Florentinorum Scriptorum* MS. apud laudatum *Biscionium* haec habet: *Giovanni Pegolotti Poeta, il quale compose più e diverse cose, la maggior parte perdute. Solo di suo si conserva, per quanto ho veduto, un Volumetto di rime diverse nella Libreria del Senat. Carlo Tommaso Strozzi, e d'altri Cittadini.* Consule Scholion insequens, ubi de Ephemeroedia agitur.

(3) *Io. Boccaccii* operum Codices MSS. plurimi in Bibliotheca Richardiana exsistunt.

*dias* ( 1 ) *incertus*, *quod prima char-*
*ta*

(1) Huius operis *Phimerodiae*, seu potius, ut puto, *Ephemerodiae*, inscripti Auctor ignotus prorsus, non secus ac opus ipsum; quod tamen ipse prope existimarem esse ἀνώνυμον καὶ ἀδέσποτον illud, quod in Codice Richardiano XXIII. *Pluteo O. Ordine III.* exstat; nam totum ternariis versibus per insomnium evolvitur, & explicatur: opus satiricum plane, & in aetatis vitia truculentum. At quum videam in eo primam chartam minime desiderari; nec *Aloisio Davanzatio* inscribi; nec eam aetatem praeseferre, quae parum a *Boccaccii* obitu distet; quos Codicis & operis characteres *Richardus* indicat: annon fuerit potius, poema in memorato Codice exstans, *Ioannis Pegolottii*? & certe stilus acer, & mordax, illi omnino convenit; se regionis montanae incolam fuisse indicat. Sed multa laude *Philippum Mariam* Mediolani Ducem, & *Nicolaum Fortebraccium*, vulgo *Picininum*, adficit, quod erga Florentinorum hostes Florentinus numquam fecisset: ita autem loquitur, ut litteram Z semper constanterque elemento S mutet, Pisanorum & Lucensium more, nisi librarii vitio id factum est. Insuper *Ioan. Cinellius* inter Florentinos Scriptores *Pegolottium* recenset; & *Richardus* in hac Epistola nonnisi Florentinos Poetas commemorare videtur; etsi gentem *Pegolottiam*
in

*ta operis desideretur* , *sed qui eam*
13 ✠ *Aloi-*

in Gallia etiam Cisalpina exstitisse novimus, cum Regii Lepidi, tum Guardastalli. Illud autem, quod dubium omne de medio tollit, est, quod gens *Pegolottia* ab antiquis temporibus Florentiae fuit, ut *Ricordanus Malaspina* tradit; & supremos honores in hac Civitate diversis temporibus gessit; quare ex ea gente fuit, qui anno MCCLXXVIII. conditionibus pacis a Cardinali Latino compositae subscriberet; anno vero MCCXC. *Pegolottiorum* domus igne correpta Florentiae deleta est, ut in *Historia Florentina Admiratus* scribit. *Arriguccius* autem *Pegolottius* anno MCCCXLI. Syndicus, ut vocabant, seu Procurator *Mastini Scaligeri*, Lucam venditam *Mastini* nomine Florentinis emtoribus tradidit, auctore *Ioanne Villanio Lib. XI. Chronici Cap.* CXXXII. Hic *Arriguccius*, qui anno MCCCLXXXIV. testamentum condidit, in quo *Arriguccius Pegolottius* a Monteacuto Populi S. *Felicitatis* adpellatur, & qui *Lotti*, seu *Pegolotti* filius fuit, filios habuit *Petrum*, *Thaddaeum*, & *Ioannem*; qui *Ioannes* contracto nomine *Nanni*, vocatur in Membrana Archivi Vectigalium Contractuum, exarata anno MCCCC. non secus ac ab *Richardo* nuncupatur. Hic *Angelam Baldini* F. a Monte Politiano uxorem duxit; & est ille Poeta, quo de etiam *Cinellius*, & *Crescimbenius*, ut superius *pag.* CXCI. vidimus, agunt. Quare corrigendus est *Crescimbenius*, ubi opinatur, *Ioannem* hunc

ex

*Aloisio*, *Manentis* *filio* *Davanza*-

ex gente *Pegolottia*, quae Regli Lepidi est, fuisse; nisi illa ex antiquissima familia *Pegolottia* Florentina derivatur. Hasce gentis *Pegolottiae* Florentinae notitias acceptas refero humanitati *Io. Baptistae Deii*, Archivo Magni Ducis arcano Praefecti, & patriarum antiquitatum consultissimi. Quare iam constare arbitror, poema illud in memorato Codice exsistens *Ioannis Pegolottii* non esse. Aetatem autem operis, cuiuscumque sit, ita deprehendere est. Quum perspectum habeamus, *Philippum Mariam* Mediolanensium Ducem, anno MCCCCXLVII. mortuum esse; & anno MCCCXXX. Lucensibus contra Florentinos suppetias tulisse; & victoriam de Venetis in Pado anno insequenti ab eo relatam: & quum videamus *Philippi Mariae*, tamquam nuper agentis, ni fallor, & memoratarum rerum, quae *Nicolai Picinini* opera expeditae sunt, in hoc poemate mentionem fieri: intra hoc tempus, vel non multo post, poema compositum fuisse videtur. Hoc opus ita incipit:

*Qualunque obliviando nega, o tace,*
*Sensa cagione il grato benefisio,*
*Pietà distrugge, e largità disface.*
*L'osio, ch' è padre, e genera ogni visio ec.*

Finis autem ita habet:

*Degna, dolce Maria, noi conservare*
*Sensa peccato per grasia divina,*
*E sempre noi possian te ringrassiare.*
*Miserere da sera, e da mattina,*

Per-

*Perchè in te sola sol ei confidiamo;*
*Misericordia, o Stella matutina.*
*E noi, Madonna nostra, in te speriamo,*
*Che tutti guardi dal suplicio eterno,*
*E al fin nostro teco riposiamo*
*In vera pace, e gaudio sempiterno.*

Quum autem principio satiram dicacissimam contra feminas texuisset, ait Cap. V. se silere tamdem velle, quia

*Di loro appieno il buon Boccaccio scrisse,*
*Di lor costumi, e lor fatti, e lor senno:*
*Mai fu nessun, che sì ben le scoprisse.*

Aureum vero Florentinum ita indicat:

*Non fa mestier, che si abbi a vergognare*
*Nessun, che sia ladrone, e traditore,*
*E scelerato qual vogli contare.*
*Anzi quello è onorato, e con l'amore*
*Quello i magnati lodan con lor possa,*
*Se ha pur seco san Iohanni, e 'l Fiore.*

Capite XXV. ita canit:

*Dipoi il prudente Filippo Maria,*
*Che racquistò le terre di Milano,*
*Con arte più; che con cavalleria.*
*Il glorioso e nobil Capitano*
*Niccolò Piccinin, pien d' ogni ingegno,*
*Passò per nuove vie nel Lucan piano.*
*Facendo assai di meraviglia pregno*
*Il popol Fiorentin, ch' avea serrato*
*I passi tutti, e ruppe lor disegno.*
*E come à Pietra santa pria arrivato*
*Sentì le Galeasse Fiorentine*
*Le saeptie de' Lucan gran pigliato.*
*Benchè alle marinesche discipline*
*Quella gente non usa, e peggio in punto,*

 *Era*

*tio* (1), *paullo post Boccaccii obitum in-*

*Era lor legno, e minaccia ruine;*
*Tanto veloce seguì, che li agiunto*
*La preda tolta, e li avversar fuggiro,*
*Perch' il timor della ✠ li a punto.*
*Dopo la rotta a Siena se ne giro,*
*E que' se co' Lucchesi collegare:*
*L' imprese sue per invidia falliro.*
*Non vo' de' Galeon quì raccontare,*
*Che prese in Po, e di molti gran fatti,*
*E di più cose magne lui laldare.*

Opus in XXIX. Capita dispertitum est. Itaque ut ad *Phimerodian* revertar, quum omnes Codices Richardianos MSS. evolverim & consideraverim, eiusmodi opus invenire non fuit: quare verosimiliter periit.

(1) *Aloisius Manetti* F. *Ioannis* N. *Davanzatius* supremo Priorum, ut vocant, Magistratu functus est anno MCCCCXIV. *Richardus*, pro *Manetti*, *Manentis* scribit, non magno discrimine; sed alii omnes *Manettum* constanter adpellant. Et quidem *Manettus*, *Ioannis F. Davanzatius*, *Aloisii* pater, anno MCCCXCVII. eumdem Magistratum gessit. Fortassis vero *Aloisius* ille Poesi, & eruditione, delectabatur, non secus ac gentilis eius *Mariottus*, *Henrici F.* qui aetate subpar fuit, & anno MCCCCXLI. Carmen Italicum de Amicitia una cum aliis Poetis, in Ecclesia principe, Florentiae recitavit. Carmina *Mariotti* varia exstant in pluribus Codicibus MSS. Bibliothecae Richardianae.

*inscripsit* (1); *postea vero Matthaeus Palmerius* (2), *cuius opus, eo quod diris devotum, legique probibitum fuerit, in publicis Proconsulis, Florentini Magistratus, aedibus adservari tibi ostendi; id quod in causa*

 *fuit,*

(1) *Io. Boccaccius* obiit anno MCCCLXXV.

(2) *Matthaeus Marci F. Palmerius* anno MCCCCLIII supremo patriae suae Florentiae Magistratu defunctus, scripsit opus Italicis versibus, cui *Civitas Vitae* titulus est; cuius tria exemplaria MSS. memorat *Iul. Niger* unum in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana, alterum in Bibliotheca Stroctiana, tertium denique in Ambrosiana Mediolanensi. Quod vero in Laurentiana Bibliotheca exstat, est illud, quod *Richardi* aetate in aedibus Proconsulis, quae tunc, ubi nunc Nuntii Apostolici tribunal est, exsistebant, adservabatur; quodque Arno flumine exundante periclitatum fuisse tradunt: & certe membranae, quibus constat, aqua tinctae, & maculatae, contractaeque, adhuc spectantur. In scheda huic Codici adposita sequens inscriptio est: *Opus Matthei Palmerii, quod sigillatum Notariorum Arti Florentie donavit, conditione apposita, ut non aperiatur dum in suo religatus corpusculo vivet ipse Mattheus.* In fine autem Codicis legitur: *Expliciunt Expositiones Leonardi Dathi Canonici Florentini in Libros Civitatis Vitae Matthei Palmerii Florentini. Leonardus Dathus postquam hoc opus commentavit, Secretarius fuit Apostolicus*

*fuit*, *cur illud mihi comparare neglexerim. Iisdem temporibus Lucas Pulcius* (1) *suum*

*licus & Massanus Episcopus*. *Anno salutis humanae MCCCCLXXIII. & II. Iunii hoc celeberrimum opus consummat*[illegible]. *Die autem Mercurii* [illegible] *Laus*, *honor*, *imperium*, *& gloria sit omnipotenti Yhesu Christo per infinita seculorum secula*. *Amen*. *Omnium rerum vicissitudo est*. De *Matthaeo*, praeter alios innumeros, agit *Bartholemaeus Fontius* in *Annalibus*, qui MSS. in Bibliotheca Richardiana adservantur, eiusque mortem signat anno MCCCCLXXV. In Codice MS. Richardiano *Pluteo N. Ordine III.* exstat Oratio *Alamanni Rinuccini* in funere *Matthaei Palmerii*, habita anno MCCCCLXXVIII. die XV. Aprilis, ut titulus praefert. Illud *Matthaei* opus, *Civitas Vitae*, inscriptum, quum erroribus nonnullis inquinatum a Theologis deprehensum esset, flammis damnatum, combustumque fuit: quare ille horror animis concrevit, quo homines illud aversabantur, ut *Richardi* Epistola indicat: & hodienum in Bibliotheca Laurentiana ab aliis voluminibus separatum, & in abaco clausum, custoditur. Ceterum in Bibliotheca Richardiana exstant excerpta huius operis, & Commentariorum *Leonardi Dathi*, in Codice III. *Pluteo S. Ordine I.*

(1) De *Luca Pulcio*, *Poccianitius*, *Nigrius*, & *Crescimbenius*, aliique agunt, sed neminem adhuc inveni, qui *Driadeum* ei tribuerit: cuius

*ſuum Driadeum* *compoſuit* ; *&* *paul-*
13 ✠ 4 *lo*

cuius poematis nulla mentio apud *Poccian-tium*, & *Nigrium*, in *Luca*, & *Aloiſio*, *Pul-ciis*. *Io. Maria Creſcimbenius* autem *Vol. II. Commentar. Vulg. Poeſeos Part. II. Lib. V. §. XXXVIII.* eſſe illud opus *Aloiſii Pulcii* adfirmat his verbis: *Oltre a ciò compoſe Luigi un altro Poema intitolato il Driadeo, che parimente è in iſtampa ec.* At ſi *Creſcimbenius* Driadei editionem anno MDXLVI. Florentiae curatam vidiſſet, hoc poemation non *Aloiſio*, ſed *Lucae Pulcio* fratri, tribuiſſet ; nam hunc titulum praefert : *Driadeo d' Amore, di Luca Pulci, iſtoriato, nuovamente ſtampato, e ricorretto*. Et recte dicitur hoc opus denuo excuſum, nam Florentiae an. MCCCCLXXXI. primum typis vulgatum fuerat, poſt cuius exordium, argumentum ita incipit : *Comincia la prima Parte del Driadeo compilato per Lucio Pulcro al Magnifico Laurentio de' Medici &c.* Nomine vero *Lucii Pulcri*, venire *Lucam Pulcium* luculente indicat *Bernardus Giambullarius*, qui *Ciriffum Calvaneum*, poema a *Luca* & *Aloiſio Pulciis* compoſitum, & imperfectum relictum, continuavit; prope finem enim eius continuationis ait :

*Ma non avendo in tutto ſodisfatto*
*Col vago ſtile ornato d' eloquenza,*
*Qual nel principio Lucio Pulcro ha fatto,*
*E poi Luigi fonte di ſcienza &c.*

Moris autem fuiſſe etiam apud Florentinos nomina propria aliquatenus immutandi, &

ad

*lo post Ioannes Nesius* (1) *suum poema, cui, quia imperfectum reliquit, etiam titulum non adposuit; cuius quidem* αὐτόγραφον *Dominationis Tuae oculis subieci, fragmentis tamen constans & mutilum; quod quidem dein-*

ad antiquorum nominum similitudinem reformandi, multis exemplis docet V. Cl. *Salvin. Salvinius* in *Fastis Consularibus Acad. Florentinae* in *Iacobo Pittio pag.* 198. Insuper in Bibliotheca Richardiana hoc Poema manu exaratum exstat in Codice XXVI. *Pluteo O. Ordine III.* & quidem saeculo XV. scripto, in cuius fine ita legitur: *Finito il Driadeo fatto fatto per Lucha Pulci*. Non video autem cur *Richardus* Driadeum *Lucae Pulcii* in exemplum adducat, quum non ternariis, sed octonariis, versibus constet; nisi id facit, quod in hoc poemate Vates insomniis & visis utitur.

(1) *Ioannes Nesius*, Florentinus, *Marsilii Ficini* discipulus, Graece Latineque doctus, & Philosophiae Platonicae ac Peripateticae consultus, saeculo XV. exeunte floruit. *Michael Pocciantius*, & *Iul. Nigrius*, qui de eo agunt, hoc Poema Italicum ternariis versibus contextum a *Richardo* indicatum non memorant; sed illud titulo carens in Bibliotheca Richardiana adhuc exstat, cuius initium ita habet:

*La viva luce, che di vita informa*
*L'uno, e l'altro Emisper, partía dal regno,*
*Ove si stampa la sua prima forma.*

*E le*

*deinde in formam meliorem absolutioremque redactum ad manus meas pervenit. Si Dominatio Tua horum cuiusque initia tibi mittam vult, eorum, dico, quae apud me in-*

*E le ninfe Dodonide quel segno,*
*Che 'l Tauro regge, e le sacrate corna,*
*Fatto avien già di sette fiamme degno ec.*

Totum opus in XXVIII. Capita distributum est, totumque ex intima Philosophia, & Mythologia antiqua, coagmentatum, in quo Poeta non invenustus, per insomnia, rerum universitatem in coelum sublatus contemplatur. Ita autem desinit:

*Chiudi oggi, Signor mio, l' ultimo giorno;*
*Questo sia, Signor mio, quel sacro tempio*
*Onde faccia per grazia a te ritorno.*
*Veggio sopra di me orrendo scempio,*
*Se raggio retto tuo presto non scende*
*Di tua bontà per farmi al mondo esempio.*
*Snoda, Signor, dagli occhi l' atre bende,*
*E mentre son da te a te aperti,*
*E 'l cor a te per te su' ale estende,*
*Falli per grazia tua del mio ben certi:*
*E l' alma, che tua ancilla ora esser vuole,*
*In faccia possi sempre in Ciel vederti,*
*E' vaghi lumi sua fermare al Sole.*

Hoc autem exemplar videtur esse illud, quod integrius & absolutius tamdem *Richardus* adquisivit. Illa in hoc poemate observatione digna sunt, quod colores radiis solaribus effici passim insinuat; quod Cap.

*integra exsistunt, faciam lubenter tibi gratificaturus. Quod vero attinet ad illud, quod a me petebas, ut scilicet aditum aliquem ad Hispaniensem Aulam tibi aperirem,*

Cap. XV. antipodas esse adfirmat; & Lacteum Circulum parvarum stellarum congeriem esse dicit. Exstat quoque adhuc in Richardiana Bibliotheca Codex ille eiusdem operis imperfectus, quem *Richardus* hic commemorat, & est signatus Num. XXII. *in Pluteo O. Ordine III.* ipsaque manu *Ioannis Nesii* scriptus est; quum ille perfectior alia manu exaratus sit, forte ipsius *Ioannis* iussu, quum in eo crebrae correctiones auctoris occurrant; quapropter & ipsum autographon dixi. Quaedam eiusdem Poematis portio est in Codice pariter Richardiano VI. *Pluteo S. Ordine I.* Varia etiam alia *Ioannis Nesii* opuscula MSS. in Bibliothecis Richardianis adservantur. Ad hunc mittit Epigramma Italicum *Alexander Verrazzanius*, cui alio Epigrammate *Nesius* respondet; exstantque in Codice Richardiano XXIV. *Pluteo O. Ordine IV. Ioannes* vero hic *Francisci* F. *Ioannis* N. fuit, & supremum Priorum Magistratum sortitus est anno MCCCCLXXXV. MCCCCXCVIII. MDII. Non tamen memoratum poema tantum *Nesius* hic condidit; verum etiam diversi argumenti aliud prolixum, ternariis pariter versibus contextum, quod autographon in eadem Bibliotheca Richardiana exstat, *Pluteo S. Ordine I. Num. III.*

*rem, quo tuum illud negotium ibi ageres, tibi dixi, iſthuc venturum D. Raphaelem Mediceum* (1) *re-*

*III.* ſed imperfectum omnino, & informe, propter crebras emendationes. Ita vero eſt diſſipatum, ut difficillimum ſit principium, vel finem operis, in diſperſis chartis, deprehendere. Satis tamen elucet illud poſt annum MCCCCLXXIII. elucubratum fuiſſe; nam poematis portio ſcripta eſt in chartis, quae nominibus faciendis inſervierant, & in quibus ille annus adnotatus fuerat. Iucundum autem eſt ex illis intelligere, quanto pretio libri ea aetate compararentur, vel ornarentur, vel a librariis deſcriberentur. Nam, exempli gratia, cognoſcimus, *Terentii* Comoedias floreno uno emtas fuiſſe; *Laurentii Vallae* Elegantias Latini ſermonis, florenis duobus, libra una, ſolidis decem, & pro iis pictura ornandis, & compingendis, expenſas fuiſſe libras quinque. Quaeſtiones Tuſculanae *Ciceronis* libris quinque conſtiterunt; pro iis vero pictura variandis & compingendis expenſae librae duae, & ſolidi decem. Pro deſcribenda *Statii* Thebaide ſoluti floreni duo *Ioanni de Marcha*, ſeu Picenti, librario. Aliae *Ioannis Neſii* lucubrationes oratione pedeſtri, & praeſertim excerpta ex variis Scriptoribus, habentur in Codice Richardiano VI. *Pluteo* S. *Ordine* I.

(1) *Raphael Mediceus* miſſus eſt Ferrariam Orator poſt mortem *Alfonſii II.* Ducis anno MDXCVII.

*Oratorem, qui isthic resideat, cognatione & amicitia cum nostri Magni Ducis apud Regem Hispaniae Oratore* (1) *coniunctum, & ab eo, utpote humanissimo, id omne facile se obtenturum &c.*

Hanc epistolam, paullo serius a me repertam, lubenter protuli, quod RICHARDI eruditionem amplius arguat, & humanitatem, ac religionem, luculentius in propatulo collocet; atque ea confirmet, quae de illo hactenus scripsimus. Illa quidem scripta fuit anno MDLXXVII. quo *Raphael Mediceus* Ferrariam Orator, quum *Alfonsus II.* Dux obiisset, missus est. (2) Anno sequenti Venetiis iam rever-

MDXCVII. mense Novembri. De eo *Fulvius Fontana De rebus gestis Equitum Stephaniorum pag.* 43. & *Marchesius* in *Museo Honoris Par. I. pag.* 308. agunt.

(1) *Franciscus Guicciardinius* hic erat, cuius mentionem fecimus superius *p.* CXXII.

(2) Exstat haec autographos in Codice Richardiano *IV. Pluteo S. Ordine III.* atque vernaculo sermone, quo scripta fuit, ita habet:

*Molto Magnifico ed Eccellente Sig. mio.*

*Il Deti nostro mi mostrò una di V.S. per la quale possetti vedere, che la non aveva ricevuto*

versus in patriam, causam habuit RICHARDUS, cur de sui Principis clementia & liberalitate laetaretur. Nam hoc ipso anno MDCIV. V. Eid. Maii *Ferdinandus* Magnus Dux ad eius preces, habi-

*vute una mia in risposta della graziosa di V.S. che mi dispiace, per haverle scritto a lungho sopra il domandatomi; e per avere mandato le lettere a Ferrara sempricemente, senza indirizzarle a qualcheduno, son mal capitate. Supprirò con questa brevemente dicendoli, che Dante fu il primo ritrovatore della Terza Rima, e di quella sorte di Poesia, che per mezzo di sogni si rapresenta; seguito in ciò e imitato dipoi da Fatio Vberti, dal Petrarca ne' Trionfi, da Nanni Pegolotti in una simile imitazione, dal Bocbaccio nell' Amorosa Visione, da l' Autore della Phimerodia incerto per mancarmi la prima carta, ma indiritto a Luigi di Manente Davanzati, di poco apresso la morte del Bocbaccio. Poi Matteo Palmieri l' opera, che le mostrai conservarsi nel Proconsolo publicho Magistrato, se ben proibita; e per ciò non mi sono curato d' averla. Ne' medesimi tempi fece Luca Pulci il suo Driadeo, e poco apresso Giovanni Nesi il suo poema, che per esser lasciato imperfetto non lo intitolò, del quale mostrai a V.S. l' originale frammentato e spezzato: m' è poi capitato alle mani in miglior forma ridotto. Se V.S. vuole, che di ciascuno le mandi i principi, dico di quel che mi ritro-*

habitaque meritorum eius ratione, concesſit ei, eiuſque, ac *Franciſci* fratris, liberis poſteriſque, in emphyteuſim perpetuam, latifundia quaedam in agro Piſano ſita ad oram maritimam inter flumen, quod Mortuum dicitur, & fluminis Auſeris oſtia, ipſumque flumen Mortuum, certo cenſu, & conditionibus, eaque praeſertim, ut turrim inibi caſamque conſtrueret, quae non minus mille quingentis ſcutatis argenteis conſtarent. Nec mirum ſi RICHARDVS multa in Piſano agro poſſidere deſideraret, quum ampliſſima arva & praedia eius maiores in eodem comparaviſſent; diuque Piſis morari conſueverint (1). Quod quidem in cauſſa fuiſſe vi-

*trovo intero apreſſo di me, lo farò volentieri per ſervirla. Quanto a che la mi ricercava, che io le procuraſſi qualche indirizzo alla Corte di Spagna per trattare un ſuo negotio, le diſſi come coſtì verrebbe il Sig. Raffaello de' Medici per Ambaſciadore Reſidente, che teneva parentela ed amicitia con l' Ambaſciadore del noſtro GranDuca alla Corte di Spagna, e da lui come gentiliſſimo ne haverebbe ogni gradimento, e perchè . . . . . . . . . . . . . . . . . ſe vuole poi che cerchi per altri modi &c.*

(1) Quando *Richardii* Piſas migraverint, incertum haberetur, ſi conſtaret, *Richardum* il-

videtur, cur anno MDIC. idem RICHARDUS & *Franciscus* frater, memoratum Principem rogaverint, ut sibi suisque liberis posterisque ad utendum fruendum concederet, & liberaliter largiretur, certam viae foveaeque partem, quae in Pisanae urbis pomoeriis a *Conceptarum* via ad D. *Marthae* Parthenonem protenditur, quo

illum, *Francisci* F. *Richardi*, de Capella S. *Philippi de Vicecomitibus*, Pisis morantem, qui contractui anno MCCCXCVII. Pisis celebrato testis interfuit, ut patet ex Instrumento seu Membrana archetypa Archivi Richardiani, ex horum familia vere fuisse. Tempora certe non repugnant, & nomina huic familiae usitata conveniunt; *Franciscus* enim in genealogia Richardiana non semel occurrit, ut *Franciscus Richardii* F. *Iacobi* N. anno MCCCCLXV. natus: *Franciscus Rodulphi* F. de quo supra *pag.* 57. *Petrus Franciscus Gabrielis* F. qui anno MDXXVII. vivebat: *Franciscus Ioannis* F. *Gabrielis* N. de quo superius *pag.* 1. & alibi passim: quare oportet ut *Franciscus* ille *Richardi* F. *Anichini* frater fuerit, aliumque *Richardum* genuerit. Nam quum *Anichinus* anno MCCCL. iam floreret, potuit tunc florere etiam *Franciscus*, & uxore ducta *Richardum* generare, qui anno MCCCXCVII. quadraginta circiter annos natus contractui illi interesset. Tunc

quo herbarum, florumque ſatione fru-ctiferarumque arborum plantatione, cultam & amoenam efficerent; id quod Princeps ille munificus IV. Non. Martii lubentiſſime indulſit, addita tamen conditione, ut tres portas in tradito campo aedificandas curarent. Diploma vero ſupplicibus ſatis honorificum ita incipit.

*Fer-*

Tunc iam pateret, *Anichini* alium fratrem fuiſſe *Franciſcum*. Habuiſſet etiam alium fratrem *Anichinus*, ſi *Petrus Richardi* Epiſcopus Tiphernas, qui anno MCCCXLVI. ad hanc dignitatem evectus eſt; & qui a *Franc. Ignatio Lazario* in Catalogo Epiſcoporum Thiphernatium nobilis civis & Canonicus Florentinus dicitur, vere ex hac familia fuiſſet. Verum Bulla ipſa *Clementis VI.* qui eum Epiſcopum creavit, conſulenda eſſet, & an vere civis & Canonicus Florentinus in ea dicatur, obſervandum: *Anichinus* enim anno demum MCCCLXVI. Civitate Florentina donatus eſt. Sed ut ad *Richardiorum* Piſas migrationem revertar, conſtitit liquido ſuperius *pag. 6.* iam anno MCCCCLX. Piſis commoratos eſſe; & ex Monumentis Archivi Richardiani adparet, *Antonium* & *Richardum*, *Iacobi* filios, Piſas contendiſſe anno circiter MCCCCXLIV. Ab hoc autem ſaltem tempore nullus eſt ambigendi locus, quin *Richardii* Piſis verſati fuerint, ubi magnas opes accumularunt.

*Ferdinandus Medices Dei Gratia Etruriae Magnus Dux Tertius, Florentiae & Senarum Dux Quartus. Capistrani Princeps. Portus Ferrarii in Ilva Insula, Castilionis Piscariae, & Igilii Insulae Dominus &c. Sacrae Religionis Sancti Stephani Magnus Magister &c. Nihil unquam Serenissimorum Praedecessorum nostrorum instituto promptiori, ac lubentiori animo conficimus, quam grata Civium nostrorum erga nos officia, spectatamque fidem probantes, singulari benignitate prosequi, ut qui de nobis benemerentur virtutis praemium nullo unquam tempore aefuturum sibi polliceantur. Nos igitur praedictis, atque aliis iustis causis moti, ac precibus Riccardi, & Francisci, fratrum, & filiorum quondam Ioannis de Richardis, Civium Florentinorum Nobis carissimorum inclinati, ex certa scientia, & de nostrae Ducalis Potestatis plenitudine ipsis quidem Riccardo & Francisco de Richardis, & eorum, & cuiuslibet eorum filiis, & descendentibus, &c. In quorum fidem praesens Diploma manu nostra firmatum, ac Sigilli nostri impressione munitum, fieri mandavimus. Datum in Civitate nostra Pisarum die IIII. mensis Martii, anno salutiferae Incarnationis Domini MDIC. Magni vero nostri Ducatus*

*Etruriae*, *atque aliorum nostrorum Ducatuum XIII.*

*Ferdinandus Magnus Dux Etruriae.*
*V. Io. Baptista Concinus.*

Duorum etiam aedificiorum vere magnificorum splendidorumque exordia, ut ita dicam, RICHARDUS hoc anno Florentiae suspexit. Unum fuit nova Ecclesia D. *Michaelis Berteldae* (1), quae perantiqua in urbe Florentina est, & anno MDLIII. Monachis Olivetanis, qui de Monasterio S. *Mineatis* in Monte Regis, arcis construendae gratia, recesserant, in habitationem iam cesserat; ac deinde, illis, Ecclesia D. *Apollinaris* in compensationem accepta, ad D. *Barptolemaei* ad Castaneam, seu Castaneetum (2), extra urbis moenia, iterum migrantibus, anno MDLXXXXII. Clericis Regularibus Theatinis, *Ferdinando* procurante, data est.

(1) Ita forte ab auctore, seu patrono, antiqua Florentiae Ecclesia adpellatur. Antiquae autem structurae templum usque ad hoc tempus perduravit, forma illa veterum Ecclesiarum superstite, quae in omnibus aliis Florentinis Ecclesiis desideratur, excepto D. *Mineatis* fano, in Monte Regis, teste *Phil. Baldinuccio Parte III. Saeculi IV. Decenn. II. pag.* 271.

(2) Nunc vulgo *Mons Oliveti*.

eſt. Anno igitur MDCIV. Principum *Mediceorum* munificentia magnam partem ſumtuum largiente, templum hoc elegantiſſimum a fundamentis iterum excitari coeptum eſt, X. KL. Septembris, & a *Carolo Mediceo* Cardinali demum perfectum fuit anno MDCXXXXVIII.(1) quod eximium noſtrae urbis ornamentum eſt (2). Alterum autem aedificium, quod opere pretioſam materiam ſuperante hoc eodem anno, ſed in



(1) Inſcriptio in adverſa facie templi ita habet: *Carolus Medices Epiſ. Sabin. S. R. E. Card. Decanus A. Sal. MDCXXXXVIII.* Supra portam autem in marmore ita ſcriptum habetur: *Templum hoc D. Michaeli Arch. Coeleſtis Militiae Prin. S. quod vetuſta Eccleſia ſolo aequata Caroli Card. Med. praeclara munif. ſtatuit, ubi XIII. Kal. Sept. A. S. MDCXLV. ob eximiam in Cl. Reg. dilectionem Epiſcopus Sabin. initiari voluit. Thomas Salviatus Epiſcopus Aret. quadriennio poſt IV. Kal. Sept. ſacris caeremoniis DD. Innocentio X. Sum. Pont. Ferdinando II. M. D. Etruriae. Petro Niccolino Flor. Ant.*

(2) Conſulendi *Phil. Baldinuccius* in *Vita Matthaei Nigetti Part. III. Saecul. IV. Decennal. II. pag.* 271. *Leopoldus De Meliore* in ſua *Florentia illuſtrata pag.* 440. *& ſeqq. Farullus* in *Hiſtoria Arretina pag.* 163. 164. *Paul. Minuccius* in *Hiſt. Eccleſ. Flo-*

anteceſſum, hoc eſt IV. Idus Ianuarias extolli coeptum eſt, fuit aedicula, ſi ita fas adpellare aedem ſplendidiſſimam excelſo tholo adſurgentem, ad D. *Laurentii*; cuius excitandae cauſſa haec memoriae prodita eſt, *Frecbredinus* (1) fuit Druſorum in

*rentinarum* MS. *Marcheſius* in *Muſeo Honoris Part. I. pag.* 398. *Io. Palatius* in *Faſtis Cardinalium in Carolo Mediceo*. De Cardinali hoc *Mediceo* vide ſuperius *pag.* LXVI. CXX. & CXXI. In Codice MS. Richardiano XII. *Pluteo Q. Ordine IV.* habetur deſcriptio itineris Romam *Caroli Medicei* Cardinalis ad Pileum purpureum, dignitatis inſigne, accipiendum anno MDCXVI. Hic ſupremum diem obiit anno MDCLXVI.

(1) De hoc Principe, & hiſce *Ferdinandi* auſis, vide, quae habet *Bernardinus Surius* in *Itinere Ieroſolymitano Lib. I. Cap. LXVI. LXVII. LXVIII. LXIX. LXX.* qui tamen falli videtur, dum Magnum Ducem, ad quem *Frechredinus* acceſsit, *Coſmam* & non *Ferdinandum* vocat; *Fulvius Fontana* in *Hiſtoria rerum geſtarum Ordinis Militaris Stephaniani pag.* 143. *Marcheſius* in ſuo *Muſeo Honoris Par. I. pag.* 360. & *Par. II. pag.* 569. *De Meliore* in *Florentia illuſtrata pag.* 177. 178. *Farullus in Hiſtoria Arretina pag.* 163. qui narrant *Ferdinandum* ſacrum *Chriſti* Sepulcrum e barbarorum terris auferendi, & Florentiam transferendi, conſilium cepiſſe; adeoque hoc ſuperbum aedificium illi cuſtodiendo deſtinaviſſe.

in Syria circa Libanum Regulus ( *Emirum* patria lingua indigenae vocant ) qui *Gottifredi Bullionei* ſanguine cretum ſe ſe iactabat ; ſicuti Druſos non alios eſſe quidam perhibent, ſed perperam fortaſſis, quam ex Europaeis militibus in ſacris expeditionibus in Palaeſtinam profectis progenitam gentem, quae tamdem regionis vitio in barbariem degeneravit, avitae religionis, & patriorum morum, prorsus oblita (1) . Hic igitur, antiquum gentis in Muhammedanos odium uſque fovens, in Italiam traiecit, & Florentiam quoque ſe contulit, anno circiter MDCIII. ubi a Magno Duce honoribus adfectus eſt. Huius colloquiis, conſiliiſque, motus *Ferdinandus*, grandia quaeque, & ardua, animo volvens, cum eo convenit, ut eius opera venerabile *Chriſti Ieſu* Sepulchrum Ieroſolymis, qua vi & virtute, qua dolo & calliditate, Florentiam absportaretur, claſſe ad id, & idoneis militum copiis, ab ſe praeſtitis, ut coeptum difficillimum ſub manus tam-

14 ✠ 3 dem,

(1) Conſulendi laudatus *Surius in Itinere Ieroſolymitano Lib. I. Cap. LXVI.* & *Martinerius in Lexico Geographico, voce Druſes* .

dem, fortunateque, succederet. Tantam autem rei bene gerendae spem *Ferdinandus* concepit, ut iam dignum, quo tam sanctum, divinumque monumentum statueretur, locum paraturus, templi huius structuram magnificentissimam, & plane admirandam, adgressus fuerit, ex auro, argento, aere, gemmis, lapillis, marmoribus omnigenis, statuis, simulacris, anaglyphis, totam coagmentandam, instruendam, nobilitandam (1). Quod quidem non ita intelligendum est, quasi *Ferdinandus* pri-

(1) Hanc aedem plane admirabilem, cui perficiendae Principes *Medicei*, *Ferdinandi I.* successores animum perpetuo adplicuerunt, nec umquam absolverunt, tamdem, sed nimis sero, in extrema aetate *Anna Ludovica*, *Cosmae III.* Magni Ducis F. *Ferdinandi II.* N. *Medicea*, uxor vidua *Ioannis Guillelmi* Electoris Palatini, quae nata est V. Eid. Sextil. anno MDCLXVII. perficere, & numeris omnibus absolvere, anno MDCCXXXVII. adgressa est. Caussa autem huius coepti ita habuit. Quum haec Princeps animo volutaret, fratrem suum *Ferdinandum*, qui anno MDCCXIII. naturae concessit, amore operum egregiorum Artificum, & Pictorum praecipue, mirifice captum, multas eximias tabulas divino cultui dicatas e sacris templis abstulisse, absportasseque in suum palatium,

primam aedificii huius cogitationem ipse in animo habuerit, ut quidam perperam cre-


tium, qua de re egi in *Memorabilium Eruditorum Italorum Tomo I.* in *Ferdinandi Principis Vita;* licet ipse, & Magnus Dux eius pater, singulis fanis pro ablatis tabulis multa, & magnificentiora, rependissent; tamen non integre debito, quod cum religione ille contraxerat, ab eo satisfactum existimans, aliquod pium opus exsequi animum induxit, quo fratris manes apud Dei tribunal omni reatu plenius exsolveret, nec sibi quicquam reliqui esset, quod ex fratris ausis divinae iustitiae deberet. Hac de re *Io. Antonio Guadagnio* Florentino Cardinali scripsit, rogans, ut *Clementem XII.* Pont. Max. consuleret, & quid sibi ex illius mente facto opus esset, responso dato significaret. Rescripsit autem ille, ut sacram D. *Laurentii* aedem aliquatenus exornaret. Tunc *Mediceae* Principi subgestum fuit, ut, quando a maioribus suis aedes illa Laurentiana incepta fuerat, eam tamdem absolveret: quod quidem consilium ab illa probatum est. Haec omnia mihi narravit *Eleonora Gonzaga*, iam *Medicea* Princeps, *Francisci Mariae*, *Ferdinandi II.* Magni Ducis F. *Cosmae II.* N. *Medicei* uxor vidua, cuius benevolentia & familiaritate gaudebam, cuiusque vitam in laudato *Tomo Memorabilium* litterarum monumentis consignavi; quaeque tamdem anno MDCCXLII. here-
de

didere; ſed, quod ille aedem a *Coſma I.* patre iam mente conceptam, & a *Georgio*

de *Franciſco* Lotharingo Magno Duce, nunc Romanorum Imperatore, nuncupato, Patavii mortua eſt, & in D. *Antonii* ſepulta. Itaque *Anna Ludovica* Princeps poſtpoſito conſilio, quod de fronte templi Laurentiani, a *Coſma Mediceo* Seniore iterum excitati, exornanda ceperat, aedem illam ſuperbam perfici iuſſit, primumque totius templi fundamenta, fatiſcentia iam, & labantia, refici ac firmari voluit, quo ſtabile & perennaturum aedificium iis ſuperſtrueretur. Huius autem rei memoriam marmorea tabula incidi voluit, quae in porticu parieti cavaedii illius templi adfixa eſt, atque ita habet.

*Ambroſianae. D. Laurentii. Martyris Baſilicae. Paene. Iam. Collabentis. Iuſſu Annae. Mariae. Ludovicae. Coſmi III. Magni. Ducis. Etruriae. F. Comit. Palat. Ad. Rhenum. Electricis. Aere. Suo. Refectis Pilis. Solidatiſque. Subſtructionibus. Coemeterio. Reſtituto. Ampliatoque. Ne. Poſteri Ignorent. Quid. Factum. Sit. Quo. In Loco. Quave. Ratione. Et. Conſilio. Neve Eas. Subeant. Difficultates. Quas. Trium Annorum. Spatio. Incredibilis. Cura. Et Ma-*

gio *Vasario* Arretino, eius iussu, Architectonices legibus praescriptam, & olim in Prin-

*Magni . Sumtus . Superarunt . Accuratam Operum . Descriptionem . Adiectis . Tabulis Ichnographicis . In . Tabulario . Eiusdem Basilicae . Eam . Adservari . Cuivis . Ostendi Nullo . Vmquam . Tempore . Distrabi . Alienarive . Cautum . Est . Haec . Promittentibus Pro . Se . Suisque . Successoribus . Alexandro Cavalcantio . Antea . Franc. Maria . Mancinio Antistite . Et . Singulis . Canonicis . Vti Acta . Ab . Honorio . Clario . Scriba . Florentino IIII. Kal. Maias . Anno . MDCCXXXXII. Ad . Perpetuam . Rei . Gestae . Memoriam Exarata . Testantur .*

Hanc epigraphen ex aliis duabus, quas *Stephanus Evodius Assemanus* Maronita, Archiepiscopus Apamcensis, & *Ant. Franc. Gorius*, viri percelebres, certatim scripserant, ipse, ita Principe illa iubente, & *Nic. Guiduccio* eius administro curante, quibusdam demtis, aliisque additis seu immutatis, composui, & in eam formam, qua nunc est, redegi: nam Princeps nec *Assemani*, nec *Gorii*, inscriptiones omnino probaverat. Instauratis igitur fundamentis, tholus, cameraque illa sublimis, instrui, interius exteriusque exornari, & ad finem tamdem operis properari, coe-

Principum *Mediceorum* sepulcretum exstruendam atque ornandam, spe sacro monumento potiundi impulsus, tamdem *Ioanne Mediceo* fratre Architecto, excitandam, citoque perficiendam, mandaverit, alio dignioreque usu proposito, quum venerabili *Christi* Sepulcro continendo consilio me-

coepta est: sed mors opus iam fervens interrupit; nam anno MDCCXLIII. XII. KL. Ianuar. *Anna Ludovica Medicea* supremum diem obiit, *Francisco* Lotharingo Magno Duce herede instituto, & cum ea illa princeps *Medicea* gens extincta est, ut ipse in *Part. III.* mei *Hodoeporici pag.* 1173. scriptis mandavi. Dum haec fabricarentur, pictura illius templi Laurentiani partis, quae Chorus appellatur, ab *Iacobo a Ponte Ormae* facta, tectorio albo inducto deleta est; & fornix altari primario anterius imminens a *Vincentio Meuccio* picta fuit pretio trecentorum argenteorum scutatorum, quos Princeps illa Palatina solvit; pariterque turris campanaria, tota ex lapidibus, excitata est. Quamquam vero Electricis Palatinae obitu fabrica illa intermissa aliquandiu est, *Franciscus* tamen Augustus non tam opum, quam pietatis, heres eam deinceps continuari iussit, atque in praesens artifices moliendae, instruendaeque, Caesaris iussu, indesinenter operam navant.

meliore destinavisset (1). Itaque hoc eodem anno MDCIV. *Iacobum Ingbiramium* Volaterranum Thalassiarchon cum triremibus in Syriam *Ferdinandus* misit, negotium tentaturum, quod quidem minus prospere cessit, Graecorum aemulorum fraude & malitia; quare *Ingbiramius* re infecta reversus est. Tunc *Ferdinandus* animum ad alia convertit, Turcicis triremibus ad Caesaream Iuliam in opposita Africae ora igne incendioque frustra tentatis (2), & D. *Laurentii* aediculam splendidissimam Etruscorum Principum sepulturae destinavit. Anno MDCV. *Clemens VIII.* Pont. Max. naturae concessit, qui erudita ode (3)

a

(1) Consulendus *Philip. Baldinuccius* in *Vita Constantini Servii Part. III. Saecul. IV. Decenn. I. pag. 6.* & in *Vita Matthaei Nigetti Decenn. II. pag. 268. & seq. & Ios. Blanchinius* in *Serm. De Magnis Etruriae Ducibus* in *Ferdinando I. pag. 65.* ubi tamen miror, cum, contra quam *Baldinuccius* tradat, primam de hac aede excitanda cogitationem, non *Cosmae I.* sed *Francisco* Magno Duci tribuere.

(2) *Iac. Aug. Thuanus* ad hunc annum.

(3) Oden exhibemus ex Codice Richardiano XLV. *Pluteo R. Ordine I.* quae quidem, ut videtur, condita fuit anno MDXCII. quo

*Cle-*

a Richardo, Principum suorum popu-
la-

*Clemens VIII.* Pont. Max. electus fuit, quum superioribus annis Italia fame, & annonae caritate, laboraſset, ut superius *pag. CV. & sequentibus*, diximus.

*Vincitrice del mondo alta Regina*
*Roma da fame oppreſſa, e intorno cinta*
*Da ladri et armi, ſua fatal ruina,*
*Sen gía temendo alla celeſte ſede*
*Non con quel volto ſuo, col qual già diede*
*Legge a i Perſi, e a i Britanni;*
*Ma di color di oſcura morte tinta,*
*Con roca voce, in rozzi panni avvolta,*
*Livida gli occhi, con canuta e incolta*
*Chioma, e con paſſo languido tremante,*
*Angoſcioſa anelante*
*Traendo il fianco; e a i luminoſi ſcanni*
*Per riſtorar ſuoi danni*
*Giunta, et a i piè del gran Padre tonante*
*Le ginocchia piegate, ſciolſe in queſte*
*Note la lingua doloroſe e meſte.*
*Giove, ſe fur già con perpetui auguri*
*L' antiche mura mie di naſcer degne;*
*Se ſono irrevocabili e ſicuri*
*Delle ſagge Sibille i ſacri detti;*
*Se i ſette monti glorioſi eletti*
*Carchi di mille opime*
*Oſtili ſpoglie non diſprezzi e ſdegne,*
*Supplice a te vengo io, non perchè ai feri*
*Getuli et Indi, il giogo io metta e imperi;*
*O che mie inſegne ſotto il freddo polo,*

O

larium veneratore, forte laudatus fuerat, ,& in

*O nel Libico ſuolo ;*
*Riponga, ond' ognor più tra l' altre prime*
*Mi tema il mondo e ſtime ;*
*Già queſto a me prima tu davi, or ſolo*
*Tanto cibo da te bramo, che il mio*
*Sciolga in parte digiun sì lungo e rio.*
*Dove ſon or, miſera me, l' apriche*
*Piagge feraci mie, pompa e ſplendore*
*Della inventrice delle prime ſpiche?*
*Dove ſono i fedeli e buon conſigli*
*Degli antichi miei padri? e de' miei figli*
*I forti ſtuoli armati?*
*Già domai genti invitte, e dove muore,*
*E naſce il dì corſi, e gran parte vinſi*
*Del terren globo, et a mie leggi ſtrinſi:*
*Or mille Cachi ſcelerati et empi*
*Con diſuſati ſcempi*
*I dolci colli, e i lieti campi ſtati*
*Sì lungo tempo arati*
*Con tanto mio ſudore, e i ſacri tempi*
*Predano alzati al tuo gran nome, e vanno*
*Del mio pianto ſuperbi, e del mio danno.*
*Dunque viſs' io tanti e tant' anni in guerra,*
*Tanto ſangue ſpars' io? dunque tre volte*
*Vinta cadde da me Cartago a terra?*
*Tante ricchezze dalle Aſſirie e Perſe*
*Parti già traſſi, acciò foſſer converſe*
*In uſo di rapaci*
*Moſtri, e mie glorie a prò di lor rivolte?*
*O nel povero ſtato antico e franco*
*Ritornar poteſs' io di Quintio, ed Anco,*
*Che*

& in eius locum *Alexander Medices* Archiepi-

*Che molto men digiuna, e più ſicura;*
*Dentro l' anguſte mura*
*Sofferrei le turbate e rotte paci*
*Dagl' Equi e Volſci audaci;*
*Nè mi torría queſta profana e impura*
*Turba di ladri i guiderdoni e i premi*
*Debiti ai miei faticoſi anni eſtremi.*
*Numi del ciel, s' unqua vi calſe o cale*
*Di me infelice, or voſtri ardenti preghi*
*Deſtin nel cor del gran Padre immortale*
*Pietà di me: ma ſe preſcritta è l' ora*
*Che il mio ſtame ſi tronchi, ed io pur mora,*
*Altra guiſa di morte*
*Mi ſi deſtini: almen di nuovo ſpieghi*
*Pirro l' inſegne ſue, faccia ritorno*
*Il ſuperbo Tarquin, l' infauſto giorno*
*Si rinnovi di Canne: a me ſia lieve*
*Che il mio dì triſto, e breve,*
*A ſera giunga, e che immutabil ſorte*
*Faccia l' ore mie corte,*
*Pur che gli empi Sironi, e 'l digiun greve*
*Schivi io. Sì diſſe, e tacque, e duo gran fiumi*
*Spargea di pianto da i dolenti lumi.*
*Allor dall' alto ſeggio il Re ſuperno*
*Roppe il lungo ſilenzio, e feo paleſe*
*L' ordin de' fati e il lor decreto eterno.*
*Non arà il mondo illuminato e corſo*
*Gran tempo il Sol col ſuo perpetuo corſo,*
*Che abondar di feconde*
*Biade vedrai ogni tuo bel paeſe,*
*E aſſicurate al pellegrin le ſtrade,*

*Alle*

piſcopus Florentinus *Leonis XI.* nomine
ſub-

*Alle leggi ſervir l' ingiuſte ſpade*
*Sotto l' impero di Signor Clemente,*
*Giuſto, ſaggio, poſſente,*
*Che in Vatican terrà mia vice, e l' onde*
*Tempeſtoſe e profonde*
*Dell uman rapidiſſimo torrente*
*Non trarran ſeco con fallace eſempio*
*Suo core in terra, mio ſacrato tempio.*
*Queſti fiorire ogni bella arte amica*
*Farà, che in van dagli altri il mondo aſpetta;*
*Non vorrà, che virtù giaccia mendica,*
*Refugio ai buon ſarà, ſchermo de' giuſti,*
*Punirà gli empi, opprimerà gl' ingiuſti,*
*Nelle tenebre aſcoſo*
*Non terrà l' oro, e parco alla vendetta,*
*Sarà largo al perdono, e quei maggiori,*
*Che egli difenderà, gradi et onori*
*Sprezzerà ſempre, e arà nel cor lo ſteſſo,*
*Che nella fronte, impreſſo;*
*Se ſtancherà ſol per l' altrui ripoſo,*
*Ne ſuperbo orgoglioſo*
*L' eſſer primier ſarallo, e quanti ſpeſſo*
*A lui n' andranno poveri e dolenti,*
*Che tornar ſi vedran ricchi e contenti?*
*Non più il Gallo, e'l Brittanno, e'l Belga infido,*
*Alle tue ſacre leggi empi rubelli*
*Tu proverai, ma dal famoſo grido*
*Tratti dell' opre ſue ſupplici e pronti*
*T' ubbidiranno; e dalle ignote fonti*
*Fin del Nilo fecondo*
*Tributari vedrai mille novelli*

*Le-*

ſubfectus, cui poſt brevem XXVII. die-
rum

*Legni co i roſtri aprir del mar Tirreno*
*Carchi di bionde ſpiche il vaſto ſeno.*
*E'l Negro, e'l Gange, e'l Rodano, e l' Ibero,*
*Inchinarſi al tuo Impero;*
*Che non ſien genti sì perverſe al mondo*
*In quel ſecol giocondo,*
*Che al ſembiante di lui pronto et al vero*
*Reverenti non porgano e devoti*
*Sacri inni, odor ſoavi, e ricchi voti.*
*Del ſuo nobil lignaggio inclito germe*
*Nato, in fuga porrà l' ingorde Arpie.*
*Divoratrici delle tue sì inferme*
*Membra, e gli Antropofagi e i Leſtrigoni*
*Vinti ſeco trarrà morti o prigioni;*
*E infin ne' campi Eliſi*
*L' altero nome tuo, le ſante e pie*
*Opre, ai Cammilli, et a i Fabrizi il petto*
*Empieranno d' invidia e di diletto.*
*O quanto innalzerà con lode e fregi*
*I chiari fatti egregi*
*De' tuoi forti guerrier non mai diviſi*
*Da lui, vinti, od anciſi*
*Da cruda Parca; e ſe con ricchi fregi*
*E degne lodi innalzerà l' amico,*
*Saprà vincer con l' armi anco il nemico.*
*Come lieti ſaranno i monti e i colli*
*Del Tronto, ſe dalle ſue eccelſe prove*
*Di rio ſangue profan vermigli e molli;*
*E delle ſpoglie cinti di quei rei*
*Ladroni infami, e tu ch' or d' alti omei,*
*E di caldi ſoſpiri*
*L' aria*

rum Pontificatum *Paullus V.* succeſſit; quare RICHARDUS vidit, ſuprema



*L' aria riempi, e 'l cielo allor con nuove*
*Palme, tornata al tuo priſco e ſovrano*
*Stato più da bramar non arai in vano*
*Marcello e Scipio, ed altri molti e molti*
*Solo in coſtui raccolti.*
*Sì diſſe il Re degli ſtellanti giri,*
*De' ſuoi gravi martiri*
*Moſſo a pietà, tenendo in lei rivolti*
*Gli occhi, ed alfin dell' alte ſue parole*
*Tutta ſi ſcoſſe la celeſte mole.*
*Ben d' una anguſta fonte talor nacque*
*Largo rio di grande acque,*
*Ma della ſecca mia torbida vena*
*Al ſanto Apollo appena*
*Poverella Canzon di verſar piacque*
*Queſto di vere lodi illuſtri e rare*
*Piccol ruſcel, quand' era duopo un mare.*

Hanc oden *Richardo* tribui, quod eius manu alicubi quidam verſus mutati, aut correcti fuerint; *Clementis* autem VIII. honori deductam putavi, quod ad eius nomen adluſum videatur in illo verſu:

*Sotto l' impero di Signor Clemente*,

Quum autem, ut dixi, Roma in ea ieiunium ſuum, famemque, queratur, exploratum habemus annis MDXC. & MDXCI. Italiam fame laboraſſe, de quo etiam *Ant. Foreſtus in Mappamund. in Vita Gregorii XIV.*

iusta *Leonis* (1) huius Pontificis Romani manibus in templo maximo Florentiae, *Ferdinandi* Principis iussu, rite persolvi, cuius ceremoniae descriptio formis excusa fuit. *Ioannes* autem *Mediceus* ex Britannia rediens Lutetiam Parisiorum accessit, ubi ab Rege, & Regina magnis honoribus adfectus est, & coactus, ut Dux copiarum Gallicarum sub tanto Rege stipendia mereret, & suae eximiae ac celebris virtutis alia specimina daret, ut *Cosmas Baroncellius* (2) memoriae prodidit. Viderit etiam RICHARDVS Harpastae ludum Florentiae hoc anno celebratum, de quo exstat *Gabrielis Chiabrerae* ode MS. in Biblio-

(1) Hic antea dictus est *Alexander*, *Octaviani F. Medices*, Archiepiscopus Florentinus, & Cardinalis, natus anno MDXXXVI. cuius mentionem fecimus superius *pag.* LXXXVIII. De eo, praeter Scriptores Vitarum Pontificum & Cardinalium, vide *Iac. August. Thuanum* ad annum MDXCVIII. & ann. MDCV. & *Georg. Marchesium* in *Museo Honoris Part. I. pag.* 316. *Catharinum Davilam Lib. XIV. & XV. Histor. Bellorum Civilium Galliae*, & *Petr. Farullum* in *Histor. Arretina pag.* 137.

(2) Huic *Baroncellio* carmen inscribit *Chiabrera* occasione, qua *Ioannes Medices* Dux copiarum Venetarum renunciatus fuit.

bliotheca Richardiana (1), omnino laudabilis. Sed iam annus MDCVI. vertebat, quando *Ferdinandus* Magnus Dux per *Hieronymum Guicciardinium* Oratorem suum *Leonardo Donato*, qui *Marino Grimanio* successerat, de adsumtione ad Venetum Principatum III. Non. Maii gratulatus est; qui quidem Orator eo officio functus IIII. Eid. eiusdem mensis de proximo suo Florentiam reditu Duci illi & Senatui verba fecit (2). Interea RICHARDVS, qui toties eruditionem, humanitatem, munificentiam, atque opulentiam, suam ostentaverat, obviam habuit occasionem, lenitatem etiam & mansuetudinem Christiano homine dignissimam, popularium suorum admirationi exhibendi, & sic laudem quaerendi omnium praestantissimam. Etenim *Nicolaus* quidam *Seniorinius*, modo nescio quo, graviter RICHARDVM offenderat. Is quum resipuisset, quam male & iniuriose egisset, secum ipse reputans, veniam, cri-

 men

(1) Est in Codice III. *Pluteo S. Ordine I.* Titulus ita habet: *Canzone fatta sopra il Calcio de' Verdi, e Incarnati, fatto sulla Piazza di Santa Croce l' anno 1605.*

(2) Conciones, quas hisce occasionibus *Guicciardinius* habuit, exstant in Codice Richardiano L. in *Pluteo S. Ordine III.*

men confeſſus, poſcere animum induxit. Condicta igitur die, quae XI. KL. Iulias erat, ad RICHARDVM armatum, & multis equitibus patriciiſque viris ſtipatum, ad D. *Ioſephi* (1) inermis acceſſit; & quum coram eo ſtetiſſet, haec concepta verba de ſcripto recitavit: *Richarde, quum graviter me intelligam erraviſſe, dum iniuria, & amicitiam ſimulans, turpiterque, adverſus te virum nobilem, praeclariſque dotibus conſpicuum, atque aetate iam gravem, quaedam molitus ſum; atque inſuper animo recolens, te virum eſſe, qui, licet tunc iniuriam ulciſci non potueris, tamen de me olim ultionem ſumere poſſes, tua benignitate confiſus ſponte ad te veni, & delictum meum confiteri decrevi, orans, ut Dei amore impulſus mihi ignoſcere, nec ſupplicium, quod poſſes, exigere, velis: & in patrati criminis poenam, quocumque humilitatis, & abiectionis, genere tibi me ſatisfacturum recipio.* Hiſce ab eo dictis, magna-

(1) Eccleſia Florentiae eſt, quam modo habent Coenobitae, qui *Minimi* dicuntur, quum antea Sodalitii cuiuſdam a *S. Ioſepho* nuncupati fuiſſet, quod anno MDLXXXIII. eius uſum, & adhaerentium domorum habitationem Coenobitis illis conceſſit, rogante pro iis *Blanca* Magna Duciſſa, ut conſtat ex Inſtrumento, quod apud me exſiſtit.

gnanimus RICHARDVS respondit: *Quoniam errorem tuum adgnoscens fateris, & tanta animi demissione poenam deprecaris, meoque arbitrio te subiicis, Dei amore, illustriumque bonum virorum rogatu, inductus, tibi lubenter ignosco.* Haec quidem omnia ab *Francisco* Senatore, eius fratre, qui aderat, scriptis mandata fuere. (1) Nescio autem an *Seniorinii* illius adversus RICHARDVM ausis occasionem dederit, quod forte RICHARDVS suaderet *Ioanni Baptistae Seniorinio* gentili, ut uxorem duceret feminam, quae cognatis eius minime probaretur; quod coniectare licet ex iis, quae mox narraturus sum. Nam, quum Principibus viris placere, eorumque desideriis obsequi, RICHARDVS prudenter instituisset, contigit, ut, quum in Magni Ducis Palatio die quadam versaretur, & *Christianam* Principis uxorem tacite ab eo quidpiam exigere sensisset, seque ei gratificaturum maxime nosset, si *Franciscam Cacciniam* Comoedam aliqua largitione iuvisset; Comoedae anno MDCVII. mille argenteos in dotem pollicitus est, & filiae nasciturae sexcentos, modo *Ioanni Baptistae Seniorinio* ea



(1) Ex monumentis Archivi Richardiani.

ea nuberet (1). Istius *Cacciniae* meminit *Gabriel Chiabrera*, *Christophorum Allorium*; cognomento *Bronzinum*, adloquens, hortansque, ut inceptam huius Comoedae effigiem absulvat, ode pereleganti ac venustissima (2). An autem RICHARDVS anno antecedente MDCVI. Pisis fuerit, ignoro; quamquam probe scio, *Ferdinandum* Magnum Ducem illuc secessisse, cui oratio panegyrica ab *Joanne Iacobo Curtio* a Sesfrenau dicta est, & Pisis anno MDCVI. typis descripta (3), quo pariter anno *Franciscus Carlettius* Florentinus, qui Florentia anno MDLXXXXI. discesserat, postquam universum prope terrarum orbem quindecim annos circum navigasset, in patriam iterum reversus, scripta variorum populorum, ad quos ea peregrinatione accesserat, historia (4), Florentinos suos, & RICHARDVM

(1) Ex Archivi Richardiani monumentis.

(2) Haec extat in editione Romana operum *Gabrielis Chiabrerae* anno MDCCXVIII. curata *Tomo I. pag.* 127.

(3) Huius Orationis meminit *Cinellius* in sua *Bibliotheca Volante* edita an. MDCCXXXV. Tomo II. pag. 218.

(4) *Francisci Carlettii* Itinera, descripta sunt, atque edita Florentiae anno MDCCI. De eo *Iulius Nigrius* in *Scriptoribus Florentinis*.

DUM in primis, narrationibus iucundissimis delectaverit. Anno autem MDCVII. RICHARDUS scripsisse videtur oden (1) qua laudibus tulit *Ferdinandum* Magnum Ducem, & Ordinis Stephaniani equites,

15 ✠ 4 atque

(1) Oden in medium adducimus ex Codice Richardiano II. *Pluteo S. Ordine I.*

*Mentre di maraviglia*
*Gioiva, e di stupir bramoso, intorno*
*Inarcando le ciglia*
*Givami in contemplare, al cielo adorno*
*Sormontarsi Livorno,*
*Dianzi umil tetto, che l' armento copre;*
*Queste d' un Dio son opre,*
*Febo mi disse, e questo*
*E' Ferdinando, e presto*
*Vedrai cose maggior, cose più degne:*
*Vedi là quelle navi, e quelle insegne.*
*Rare di fior d' Eroi*
*Corone queste, e le navi Arghi, e quello*
*E' Iason, che alli Eoi*
*Per l' onor vanno, e non per l' aureo vello:*
*E sì nobil drappello*
*Cipri solleverà prima, e poi Rodi*
*La mia vaga: or le lodi,*
*Le libertà di loro,*
*Da nuovi Marti coro,*
*Canta, che l' ale alla tua cetra impenno,*
*E dì presenti, che future accenno.*

*Quì*

atque triremes, quae hoc eodem anno Hamaiocostum in Cypro, quae iam in Turcarum ditionem anno MDLXXI. venerat, strenue, sed minus prospere, oppugnaverunt; res autem ita habuit. Quum Rex Hispanus cum *Ferdinando* conspirare, ut is expetebat, detrectasset, quo coniunctis viribus Mauritaniae Regum in-
ter

*Quì tacque, e più non disse,*
*Il superno rettor del carro ardente;*
*E mentre intente e fisse*
*Le luci in lui tenea, sparì repente*
*Nel petto, e nella mente.*
*Tal ardeva io per li fervènti rai,*
*Folle, che io ne sperai*
*In quello ardor divino*
*Farmi vate e indovino:*
*Ma qual lampo da me ratto ei si tolse,*
*E in queste voci la mia lingua sciolse.*
*Sedè Cipri, la conca*
*Nel Sirio mar della Ciprigna Dea,*
*Fattasi poi spelonca*
*Di Tisifone, or è di Citerea*
*La reggia, e che ella avea*
*Per lo suo Paradiso in terra eletto*
*Ivi agiato ricetto;*
*E nel fiorito lido*
*Torna al suo caro nido*
*Il dolce amaro augel, l' augello arciere*
*Che 'l ciel, la terra, e 'l mar, l' abisso, fere.*

*Ivi*

ter se belligerantium alterum, Fessae scilicet, ad Etruscum Principem perfugere meditantem, iuvarent, & ab eo arcem portumque Lixae, ad Oceanum situm Hispanus acciperet: nam Hispanus Magni Ducis opera in partibus *Mulei Sciechi* (ita vocabatur) Fessani Regis fovendis uti noluit; solusque eum invitavit, & in Hispanias ad-

*Ivi con dolci canti*
*Steso l' arco n' invita alle corce*
*I boscherecci amanti*
*E Fauni, e Silvan, Ninfe, e Napee;*
*Con l' Oreade Dee*
*Vien ridente Ericina, e fugge Erinni,*
*Ivi l' ode, ivi l' inni,*
*Con le Grazie, e con l' Ore,*
*Cantan le dotte suore*
*Liete alla libertà di questa donna,*
*Che dal gran Ferdinando or si fa donna.*
*Son le sue membra molli,*
*Bianche qual neve, che sull' Alpe avalli,*
*Coton candidi e folli,*
*L' ossa Diaspri, e' nervi son Cristalli,*
*Nelle vene ha i metalli*
*Fusi, e son di Rubin le labbra, e i denti*
*Calcedoni lucenti;*
*Real corona ha in testa*
*D' ogni gemma contesta;*
*E son le luci sue vivi Diamanti;*
*Ha di Smeraldo i suoi reali ammanti.*

Que-

advenientem excepit: *Ferdinandus* reip. Christianae quoquo modo prodesse, & Turcas infestare, maximopere desiderans, quum omnia in promtu haberet, classem, milites, naucleros, duces, & ab Graecis Cypriis prope solicitaretur, ad Hammocostum, Cypri urbem principem, occupandam omnes cogitationis nervos intendit. Itaque octo

*Questa Macaria detta,*
*Che il ciel cortese d'ogni ben feconda;*
*Questa fu prima eletta*
*Al sacro fonte, che nel cielo inonda;*
*Questa cara e gioconda*
*Sede d'Amor, d'amore arde e sfavilla;*
*Diva Ambrosia distilla,*
*Onde da sacra sposa*
*Di suo sposo amorosa*
*Nella Canzon delle canzoni è detto:*
*Il Nettare di Cipri è il mio diletto.*
*Questa di nove regni*
*Visse Regina un tempo, e chiara e altera;*
*Poi sotto artigli indegni*
*Preda divenne di Tartarea fiera.*
*Or se n' è fatta vera*
*Real conquista del Gran Duce, e Padre*
*Delle Toscane squadre,*
*Dalla cui viva forza*
*Da lei si sveglie, e scorza,*
*Il Tartaro tenace, il Tartaro empio,*
*E se ne rende a Dio sacrato tempio.*

*Que-*

octo triremibus sex myoparones adiecit; & hosce necessariis copiis oneratos Orientem versus velificari iussit, in Carpathio mari non procul ab Alexandria triremium classem exspectaturos; quo coniuncti omnes coeptum perdifficile simul & improviso adgrederentur. Animosi quidem milites, equitesque virtute & longa belli exerci-

ta-

*Questa con mille navi*
*Già Mabavia con tutta Arabia assalse,*
*E di notanti travi*
*L' Ottomanno fe ponte all' onde salse:*
*E questa, onde ne salse*
*Europa ed Asia alla sua preda accesa;*
*Che alfin restonne presa*
*Da doppia forza oppressa;*
*Da questa forza stessa,*
*Che può vera virtù del Tosco stuolo,*
*N' è sottratta in brev' ora, in breve volo.*
*Questa, ch' ora si abbella,*
*Or si rinnuova, e qual era or ritorna;*
*Risorge Alba novella,*
*Alba, ch' Erebo annotta, e Febo aggiorna.*
*Del vivo Sole adorna*
*Del gran Fernando, Sol che non tramonta,*
*Sol che sempre sormonta;*
*Nella cui chiara spera*
*Si lustra, e terge, e spera;*
*A lui, come a suo Dio, sacri e devoti*
*Vmile appende e porge i preghi e i voti.*

*Quan-*

tatione praestantes erant, quique recens Nicopolin in Epiro, in Pamphylia Namurium, Aperras in Lycia, & in Cilicia Issum, sub eiusdem *Ferdinandi* auspiciis, ceperant, & populati fuerant; belli duces egregii, *Antonius Mediceus*, [illegible] *Fran-*
[illegible]

*Quanto più sue bellezze*
*Son, che Giove la fregia, è Pluton l'empiè*
*Di più ampie ricchezze,*
*Tanto più aspre le sue piaghe ed empie;*
*E quanto più la scempie*
*Fiera barbara man d' Antropofago*
*Dell' uman sangue vago,*
*Le libertà più care,*
*Quanto le prede amare,*
*Felice or godi in sen gaia e secura,*
*Che Fernando or t' aggioia, or t' assecura.*
*Se a Cipri Ellade antica*
*Di cetre e tibie e trombe ancor presume*
*Fama d' oblio nemica,*
*Sol del chiaro Liceo dicalo il lume;*
*Delle scienze il fiume*
*Epici Ciprii, e Ciprii plettri eburni,*
*Fur Ciprii aurei coturni.*
*Or te del mondo fiore,*
*Dolce regno d' Amore,*
*D' un augel Tosco della cetra il suono*
*Odo di lungi, ond' io la lira intuono.*
*Canzon le nuove note,*
*Ch' Apollo ora mi detta, ora mi spira,*
*Stendi con l' arco in sull' eburnea lira.*

Con-

*Francisci* Magni Ducis filius, & *Franciscus Borbonius a Monte Sanctae Mariae*: ita ut, quin expugnatio illa sub manus prospereque successura esset, vix a quoquam dubitaretur. Spem quoque alebant preces ad Deum rite fusae, ut coepta secundaret; quas etiam

Consequitur in eodem Codice alia *Richardi* Cantio, qua Rhodum a *Ferdinandi* Magni Ducis classe prope in libertatem vindicatam adloquitur, atque decantat. In Florentinis tamen historiis & monumentis evolvendis, numquam adhuc offendi Rhodi insulae expugnationem ab *Ferdinando* tentatam: quare ad quid hac Ode *Richardus* respiciat, ignoro prorsus. Non me quidem latet, *Fulvium Fontanam pag.* 73. memoriae prodidisse, Castellum Terrae ad Rhodum, *Thoma Mediceo* Thalassiarcho, ab Stephanianis triremibus captum fuisse; sed id contigisse videtur anno circiter MDLXXXVII. & *Francisco Mediceo* potius regnante, quam *Ferdinando*. Insuper tam *Fontana*, quam *Marchesius* in *Museo Honoris pag.* 313. Castellum illud in ora Numidica exstare subindicant; quare oportet, ut ab insula Rhodo quammaxime differat. Vtcumque tamen se res habeat, *Richardi* Cantionem, quum locum aptiorem nesciam, heic exhibeo, qui forte eam composuit, magis augurans speransque quid faciendum, quam quid iam factum, esset: quemadmodum & in praecedenti Ode fecisse innuit.

Can-

etiam ipse *Paullus V.* Pont. Max. Romae indixerat; Rexque Hispaniensis, ut amici Principis tam utilia Christianae Reip. molientis ausa armaque iuvaret, mille peditum delectum in Sicilia, si eo opus esset, haberi permiserat. At fortuna adeo iustis

*Canzone seconda di Rodi.*

*Cara figlia, alma prole,*
*Dell' amorosa Dea, che nel mar nacque,*
*Vaga sposa del Sole,*
*Rodi, rosa del mar, gemma dell' acque,*
*Dell' Iride occhio, giacque*
*Gran tempo oppressa sotto l' empia mano*
*Del barbaro Ottomano;*
*Or che n' è sorta fuore*
*Per l' inclito valore*
*Dell' armi mosse dal Gran Duce Etrusco,*
*Versan sue rive l' Ambra, i boschi il Musco.*
*Tu corresti Regina*
*De' campi d' Anfitrite il verde sale,*
*Poi cadesti rapina*
*Dell' Ottomanno: or si sormonta e sale*
*Per te spiegando l' ale*
*Per tremuli Zaffir, pei sentier saldi,*
*Pei liquidi Smeraldi,*
*Scioltoti il duro freno*
*Il Gran Duce Tirreno:*
*Ogni Piloto, ogni Nocchier, si regge*
*Sotto l' impero tuo, sotto tua legge.*
*Tu*

iustis *Ferdinandi* conatibus obstitit; nam triremium classis, quum Myoparones, qui praecesserant, nusquam offendisset, adeo processerat, ut in Hammocosti conspectu iam esset; quumque dulcis aquae defectù amplius morari non posset, decreverunt duces, & *Franciscus Borbonius* in primis, ne rem Turcae demum sentirent, haud am-

*Tu già nobile, e chiara,*
*Gran simulacro di metalli aurati*
*D' Olimpo alzasti a gara,*
*A cui sotto le piante Abeti alati*
*Varcar, legni spalmati,*
*Miracol nuovo della antica etade,*
*Che incenerito cade;*
*Ma più superbe or speri*
*Sotto l' dolci imperi,*
*E sotto l' ale di Fernando accolta*
*Erger sue maraviglie un' altra volta.*
*Tu come vaga e bella,*
*Seggio di cortesia fido e giocondo*
*Porto d' ogni procella*
*Atene il primo, e tu fosti il secondo;*
*Museo di tutto il mondo,*
*Scuola di tutte e le scienze, e l' arti,*
*Che da tutte le parti*
*Il concorso in te crebbe;*
*Tiberio in pregio t' ebbe.*
*Pompeo, Antioco, ed Alessandro, grandi*
*Gran maestri di guerra, altri Fernandi.*
*Tu*

amplius esse differendum; quare octingenti pedites in varia agmina distributi procul ab Hammocosto mille circiter passus in terram descendentes, prima noctis vigilia ab hominibus locorum peritis usque ad urbis muros ducti sunt. Tunc admotis portae crepitaculis, & murorum parte, quae deiectu facilis credebatur, tentata, utraque in-

ter-

*Tu di gregge, e d' armenti,*
*D' olive, e viti se' carca e feconda;*
*Piena di tutte genti*
*Industri in terra, e valorose in onda;*
*In te l' Etere abonda,*
*Fortunata mai sempre il Sol t' alluma;*
*Nell' atra orrida bruma*
*Beata, che in te piove*
*L' oro figlio di Giove,*
*Felice or più, che appien ti scaccia il verno*
*Calma di grazie il sommo Sole eterno.*
*Tu dell' asta fremente*
*Dea, e inventrice delle prime olive,*
*E nata della mente*
*Del gran Giove, ne sei fra le sue Dive*
*Prima, a cui non prescrive*
*Ma dona il fior d' ogni sua industria ed arte,*
*Che da te poi fur sparte*
*In terra, onde si tragge*
*Bene, e'l mal si sottragge;*
*E con Giove giurò Lachesi antica*
*D' esser mai sempre a' tuoi desiri amica.*

*Tu*

ternis aggeribus fulta & solidata deprehensa sunt: quare crepitaculorum displosio inutilis fuit; & infortunio accessit, quod scalae admotae, quibus muri scandendi erant, tribus ulnis breviores, quam opus fuerat, repertae sunt, Copiae autem, quae urbi incautae ex improviso invadendae paucae non erant; paratae iam,



*Tu con Creta alla fronte*
*Di Grecia opposta l' Ellesponto chiudi;*
*Tu ne fe' scala e ponte*
*D' assalir Grecia, onde senz' altri studi*
*In te stessa racchiudi*
*Il Greco Impero, e qual di Creta disse*
*Quel, che sì alto scrisse,*
*Chi di lei Signore era,*
*Che a tutta Grecia impera;*
*Tal a te Febo afferma il tuo Signore*
*Di Grecia e d' Oriente Imperadore.*
*Tu di Cristo il vessillo*
*Candido sostenesti, e ti fu tolto;*
*Or di nuovo sortillo*
*A te Gesù, rosso pel sangue accolto,*
*Che ne versò dal volto,*
*Da' piè, dal fianco aperto, e man chiodate,*
*Sante piaghe sacrate;*
*Che tosto il Tosco Duce*
*Lo ripone e riduce*
*Nel mezzo della terra, ove soffrio*
*Morte il mortal dell' immortale Iddio.*

& ad arma excitatae, expugnandae fubficere non poterant: quare figno receptui dato, ad triremes iterum re infecta fefe contulerunt. Vix autem illis in triremes exfcenfis, non longe focii myoparones adparuere; ftatimque utraque claffis fimul coivit, fed iam nimis fero, nec in tempore expugnationis amplius feliciter ten-

*Quì freme, a questo aspira,*
*Il magnanimo Sir, questo sol brama,*
*Quì suda, e quì sospira;*
*Solo a gloria di Dio cerca la fama.*
*Quì ne sveglia e richiama*
*Col vivo esemplo suo d' alzare al Cielo*
*Mosso da santo zelo,*
*Quì ne sgrida e rampogna;*
*Ah! non vi assal vergogna,*
*Onde super'i, miseri Cristiani,*
*Che il Sepolcro di Cristo è in man de' cani?*
*L' insanguinata Croce*
*Estolle invitto, e non vuol tregua e pace*
*Per lo sdegno feroce,*
*Per la virtù, per la pietade audace,*
*Affronta il fiero Trace.*
*Qual fu cagione il Pastorello Ebreo,*
*Che a quel gran Filisteo*
*Spezzò l' altera fronte,*
*Che Israel ne sormonte*
*Che per tema, e viltà dava le spalle,*
*Sonò Davit la Terebinta valle;*
*Tal*

tentandae: sive triremium culpa, quas gloriae praedaeque cupiditas ad adgressionem importune festinandam impulerat, adeoque myoparonum adventum exspectare neglexerant; seu vasta maris amplitudo in caussa fuit, quae classem utramque im-



*Tal ne risuona il nome*
*Dall' Espero all' Eoo del gran Fernando*
*Vittorioso, come*
*E insieme e tremendo e venerando.*
*Per lui viltade è in bando,*
*Surge il Cristiano, il Tartaro s' atterra,*
*E della santa terra*
*Per lui s' attende acquisto,*
*Vero Campion di Cristo,*
*Che mentre armato l' Oriente ascende*
*Col profondo pensiero ad alto intende.*
*Se la cetra Tebana,*
*Rodi, di te nel mondo ancor rimbomba;*
*Dolce, soave, e piana*
*S' illustre or par per la Meonia tromba;*
*S' a guisa di colomba*
*Vola la fama de' tuoi fregi e onori,*
*Ne' più chiari Scrittori,*
*E se 'l Latino, e 'l Greco*
*Di te parlino, or meco*
*Taccian le roche corde, e i rochi versi,*
*Nel mar delle tue lodi oggi sommersi.*
*Canzon nella mia lira*
*Vibra li accenti, che Cintio ti detta,*
*E con l' arco sonante or li saetta.*

menso interiacentis aequoris spatio disiunxerat. Nihilo tamen minus in terram iterum exscendere decreverunt, exspectaturi an Graeci, strenuum & alacrem bis mille peditum exercitum ante urbem stare conspicientes, nova molituri essent; & grave iugum excussuri, Turcas portas aperire compellerent. At quum nostri quatuor millia passuum ultra processissent, urbemque corona cinxissent; nec quicquam ab Graecis iam Turcarum metuentibus actum cognoscerent, & ab obsessis identidem exeuntibus infestarentur, atque hostilem equitatum adventare deprehendissent, post inutilem octo dierum obpugnationem, non paucis in velitationibus desideratis, retrocesserunt; atque ita tantus belli adparatus in irritum cecidit (1): adeo prudentis morae, & maturi consilii, & occasionis opportunae, omnia sunt: magnorum autem malorum caussa, caeca festinatio, & fortitudo temeraria, & gloriae maior, quam officii, cupiditas.

(1) De hisce omnibus consule *Ferdinandi I. Vitam* MS. quae est in Codice Richardiano XIV. *Pluteo R. Ordine II. Georgium Marchesium* in *Museo Honoris Part. I. pag.* 199. *& seq. &* 362. *Part. II. pag.* 575. & *Vitam Mulei Scechi* in laudato Codice Richardiano *pag.* 176.

tas. Tunc ad alia *Ferdinandus* animum convertit, & Hipponem Regium in Numidia expugnare diripereque decrevit. Quum autem Hipponis expugnatio, *Cosmae* filii, Principis Iuventutis, ſuaſu ſuſcepta, res memoratu digniſſima fuerit, eamque *Iac. Auguſtus Thuanus* Hiſtoriarum Scriptor egregius diligentiſſime litteris commendaverit, quod a noſtratium nemine factum memini, ſi compendiariam *Fulvii Fontanae* narrationem excipias; ut Etruſcam Mediceamque Hiſtoriam illuſtriorem efficiam, heic deſcribere fert animus quaecumque Hiſtoricus ille praenobilis hac de re poſterorum memoriae tranſmiſit. Itaque Libro CXXXVIII. *Ex inſtituto*, inquit, *Magnus Etruriae Dux Ferdinandus expeditionem in Africam ſuſcepit ad intercipiendam, & vaſtandam Hipponam. Vrbs eſt unius, aut paullo amplius, diei itinere hinc a Tunete, hinc a Iulia Caeſarea, diſſita, quae valido praeſidio Turcico tenetur: colli amoeno inſidet, mare verſus adſurgenti & ſcopulis horridis contra fluctus vallato, & turreis crebras ab ea parte habet, ut ad eam vis facile fieri nequeat: qua terram reſpicit, montibus & ſubiectis campis expoſita eſt; ſeſquimilliare in circuitu patet, valido muro crebris turribus firmato circum-*

*data, & tribus portis intratur: ad arcem haut hinc longe urbi imminentem una ducit, secunda mediterranea respicit; tertia mare & planitiem. Parvae in ea domus, numero non minus bis mille, tecto plano constratae, ita continuo, ut per illud de domo in domum itari possit, viis angustis & anfractuosis pro fossa infra vallatae, ut perpetuum munimentum adpareat, ac proinde expugnatu difficile: nullus ad explicandas copias in urbe locus, tantum ad Moscheam breve quod spatium relictum, cetera domibus tota occupatur. In urbe* IV cIↄ *capita numerantur, fere inopes inquilini, moribus horridis, sine cultu ac disciplina, & ex ferocitate strenui ac vitae contemtores, tantum pecore, equis, & camelis abundant: rarum aurum, ac gemmarum minus inter eos, cisternas complures habent. Cum lustrant; cum copias ex urbe & circumpositis locis* IIII *armatorum* cIↄ *comparent, partim Turci, partim Afri: ager laetus & hortis ac fructibus fertilis; inter urbem & arcem* Iↄ *passuum spatium interiacet, quod sepulcris Turcorum huc illuc sparsis consitum est. Arx urbem supra posita a pulcerrimo prospectu mare respicit, spatiosa & validissima, muro turribus crebris itidem distincto firma, quae a* XXC *Turcis praetorianis servabatur.*

Do-

*Domus in ea humiles, ut Hipponae, & CC in ea capita; praefectus domum amplam & peristylio ornatam habitat, cui optimae aquae subest cisterna: urbs olim B. Augustini * Episcopatu nobilis, cuius reliquias, postquam a Vandalis tamdem capta est, aliquandiu possedit. Expeditio suscepta Cosmi principis auspiciis, eique praepositus Silvius Picolomineus, vir expertae virtutis, & militiae S. Stephani Comestabilis. Thalassiarchi munere fungebatur Iacobus Inghiramius Volaterranus: bis mille ad eam delecti, qui triremibus & V citerioris nostrae Britanniae navibus, quibus Gul. Guadagnius eques Ierosolymitanus imperabat, portabantur. Vltra eos CC circiter ex primaria nobilitate volones & veterani, quibus praeerat Fabritius Coloredus Lunigianae Prior, & universae militiae vexillum gestabat Aeneas Picolominaeus Silvii F. Ii Liburno solverunt* III. *Kal.* VII.*br. & ante omnia a Ferdinando mandatum, ut Amurathem, qui vicinum litus cum* IX *biremibus discurrans cuncta infesta faciebat, diligenter indagarent, & ad perniciem persequerentur. Itaque primum ad Ilvam, & in ea Portumferratum facta excensio, ubi de Amurathe, missis circum, qui de eo cognoscerent, nihil compertum: posito in classem milite Sardi-*

*niam versus cursum tenuerunt, & ad Cavum Pullae adpulerunt, cognitoque haut hinc longe* XX *naveis in ancoris stare, ad eas missa speculatoria, ex qua rescitum, Belgicas eas esse, quae ante tres menseis Calarim venerant, ut inde salem exportarent. Eidibus* VII.*bribus inde digressi sub tertiam vigiliam Galitam felici cursu venerunt, quo ante triduum Britannicae naves adpulerant, & reliquam classem opperientes in ancoris stabant: postridie habito belli ducum consilio Comestabilis militem navibus impositum ad triremeis transire iubet, relicto in iis idoneo praesidio; tum ordine rei gerendae exposito, munia inter tribunos & alios belli duces distribuit; tum, quod minus sperabatur, caelo admodum sereno, post sacrum celebratum, summa cum animi alacritate, & certa ex ea victoriae fiducia, Galita solvunt hora duodecima: sub vesperam hora* XXII. *tesseram belli ducibus dat S. Augustini nomen, cuius & nunc templum semidirutum supra urbem memoriam servat. Ingbiramius sic cursum instituit, ut ad locum exscensionis, qui putabatur, hora noctis sexta adpulerit; verum a ducibus viae deerratum fuerat, itaque duae horae loco reperiendo insumtae, tam humili in eo vado, ut per scaphas & celoces exscensionem fieri oportuerit, qua in re rursus multum*

*tum temporis effluxit; ut non prius quam albescente die res confieri potuerit, quod ut noctu fieret ab initio convenerat: quod aliquam perturbationem primo occursu attulit, quod de successu plerique desperarent: verum Comestabilis, qui rem quavis ratione tentandam censebat, meticulosis, gradum si accelerarent, in tempore venturos adfirmabat; audentioribus, etiam in luce aperta vim faciendam certa vincendi spe suadebat; & si ex voto conatus non succederet, errorem nautarum pro excusatione habituros. Itaque* XVI. *Kal.* VIII.*br. in prima acie incedebat Guadagnius cum Castoviello, Langlado, & tormentariis, qui crepitacula portabant, cum Sanctandreano, quem sequebantur Agliettus, & Digarenus cum* III. *scalis, quibus singulis* L. *delecti ex omni numero destinati erant: pone eos agmen Viminius regulus ducebat, cui adiunctus Ascanius Baldellus cum sua coborte, qui omnes* IↃXL. *delectos efficiebant. Vbi ad bivium inter urbem & arcem ventum, Guadagnius, cui arcis expugnandae cura commissa fuerat, ad dexteram deflexit, reliquae copiae ad urbem iter persequuntur, in quarum fronte Ioannes Brancadorus iam incedebat cum Guido Vbaldo fratre, & tormentariis, qui crepitacula portabant, & Petro Guiscardo harum rerum perito, iisque adiunctus Hugolinus Barisonius exer-*

citus

*citus curator cum* XVI. *delectis: in media acie erat Comestabilis tum suis, & Ambrosio Bindio tribuno, qui centurionis maioris munere fungebatur: post eum Flaminius Collescus cum sua cohorte, & iis qui crepitacula admoturi erant: Carolus Penna sequebatur cum sua ala, & post eum Franciscus Alfanus cum sua altera. Tum ordine incedebant cum suis cohortibus Aurelius Passerinus, & Hieronymus Gualteros, qui secum trahebant tormentarios adparatum necessarium portanteis, iisque pro centurione erat Io. Andreas Richelmius; ultimum agmen claudebat Coloredus cum equitum turmis & volonum, cui adiunctae Franc. Nellii & M. Antonii Placidi cohortes, quibus pro centurione inserviebat Petrus Iacobus frater. Ordine incedentes iam clara luce non omnino ignaros & imprudentes oppresserunt, quippe ante* XX. *dies sparsa fama de adventu classis Christianae, & moniti a Bisertino quodam navium fabro Hipponenses, ut sibi caverent. Guadagnius eodem tempore admotis crepitaculis ad arcis portam, tribus aliis locis per scalas suos iubet adscendere, quod feliciter utrobique factum: quo conspecto a nostris ad urbem tendentibus alacritas addita, & subito pro muris & ad portam obviam defensores in armis comparuerunt, iam signis in arce erectis territi. Tormentis initio res acta, tum propinquan-*

*quantibus, & S. Augustini nomen & victoriam ingeminantibus, Brancadorus primus muro succedit, dum Guido Vbaldus ad portam crepitaculum admovet qua aperta, ipse cum M. Antonio Ricciardello, Octavio Adamo, & Tascanio, irrumpit, & post acre certamen Brancadori fratris cohorte superveniente sauciatus tam n suos retinuit, quousque Collescus, qui ad portam mediterraneam crepitaculum admoturus incepto aberraverat, per eamdem portam intravit, & laborantibus praesto fuit: tum per scalas vis facta, & mox confractae scalae, ne hosti usui esse possent, Comestabili ubique interim discursante, & praes ntia sua animos militi faciente, qui per Guiscardum, quem volones sequebantur, ad portam mediterraneam cre itaculum admoveri iussit: qua aperta, & praesidio firmata, idem Guiscardus ad portam marinam tendere iussus cum tormentariis, per quam iam plerique Mauri & Turci natatu evaserant, aut aquis hausti fuerant. Turci reliqui ad turrem in mare despicientem se contraxerant, ex qua, iam ingressis nostris, se strenue defendebant; itaque a Comestabili Ingbiramio mandatum, ut totam classem ad murum proxime, quam fieri posset, admoveret, & inde displosione repetita Turcos infestaret: quod & subito factum, & tamdem Turci intus & extra petiti locum deseruere: tunc & Iosephus*

*Car-*

*Cardinalinus triremem Liburnensem ad eam partem, ad quam se Mauri & Turci iam magno numero adgregaverant, admovit, ut eos infesta displosione dissiparet: interim post non exiguum certamen, in quo praefectus arcis ipse interfectus est, Guadagnius loco potitus statim tormenta e muris deiici iubet, cum omni adparatu flammis consumto, quae inde per nautas iussu Comestabilis ad naves deducta sunt. Ad Moschеam adhuc strenue a defensoribus in urbe certabatur: eo missus Iulius Caesar Machiavellus cum Alifani cohorte, qui tandem inde eos deiecit. Marcellus Cavaceppius Caroli Pennae vicarius per angustos calleis eodem vadens, ut se cum Brancadoro coniungeret, ex domibus circumpositis infestatus ex suis Iulium Caesarem Raverium centurionem amisit, ex suis & Brancadorus Herculem Pavam, & Antonium Velium; Passerinus ad portam mediterraneam praesidio idoneo firmatam substitit: equitum & volonum, qui per portam marinam intraverant, agmen se cum Nellio coniunxit: heic Bindus tribunus Placidum, qui magnum virtutis suae specimen eo die dederat, portae secundae praefecerat, & Iacobum Caponium Nellii vicarium, & Bettinum Ricasolium centurionem, ad locum adsignatum tuendum amandaverat. Collesco item & Gualterio suum locum adsignaverat: inde per*

*urbem*

*urbem discursans, non sine aliquo locis plerisque certamine; quod & idem Comestabilis cum suis fecit, aversis hostibus, aut in domos compulsis, plena victoria potiti sunt. Graviter sauciati in illa discursatione Flaminius Vbaldinus, Cosmus Roffia, & Politianus Soares, ordinum ductores. Portis praesidio firmatis nostri post sex horarum certamen ad praedam versi, & qui in arce erant, ea depraedata & abductis captivis ad urbem venerunt. Interfecti in urbe circiter* CCC. *in arce* LXX. *ex nostris perierunt Carolus Gabrielius Romanus, Vincentius Pallerius & Panhormitanus equites, Franciscus Comes Brancaleonius Piobbicus, Gaspar Alemannus, Ascanius Baldellius, Simo Amicius, Thomas Thomassius Anconitanus, ordinum ductores, Santofemius Masanus. Capta* XII. *signa &* V. *aenea tormenta, nam reliqua festinato discessu relicta sunt: captivorum omnis sexus & aetatis capita numerata sunt* cIↄIↄ *quae Britannicis nostratibus navibus imposita sunt, eodemque die, quod locum servari spes non esset, hinc Tunete hinc Algeria tam vicinis, & diuturnior in eo mora periculo non caret, cum tota classe solvit &* V. *Kal.* VIII. *br. Liburnum adpulit, displosis in plenae victoriae signum in adpulsu tormentis, & mox in maiore urbis templo D. D. Ambrosii & Augustini hym-*

*hymnum decantari iussit, & mortuis in ea expeditione publicis precibus parentavit.* In hac Hipponensi expeditione *Richardiorum* alterum fuisse, luculente adfirmat *Vincent. Piazza* in egregio Poemate, cui *Hippo Regius expugnatus* titulum fecit (1); at

(1) Poeta hic, in Capite sui Poematis primo, ubi Duces, Equitesque, Etruscos, qui Hipponem invasuri triremes conscenderunt, recenset, & ita canit:

*Seguono molti illustri Capitani,*
*L' intrepido e magnanimo Riccardi,*
*E quel tanto fatale agli Ottomani*
*Malegonnelle, e il valoroso Bardi:*
*Ma fra' nobili giovani Toscani*
*D' aspetto vaghi, e di vigor gagliardi,*
*L' Albizzi appar con più sereno ciglio,*
*Fulgido il volto, e il sen d' ostro vermiglio.*

Quum autem in secunda huius Poematis editione quaedam immurata fuerint, tamen *Richardii* nomen usque retinetur; habet enim:

*Passa il Gerin con gli altri Capitani*
*Tempi, Riccardi, Aldobrandin, Capponi,*
*Guicciardini, Ginori, e Canigiani,*
*Buondelmonte, Amerighi, e Castiglioni,*
*Dragomanni, Vpezzinghi, e Gaetani,*
*Bichi, Arrighetti, Cevoli, Vguccioni,*
*Chigi, Tarugi, Pecori, e Corsino,*
*Di Gherardesca il Conte, e del Benino.*

Ita

at vereor ne non heic exierit in immensum, ut ille ait, facunda vatis licentia, & sua verba historica fide non obligaverit. Nec enim *Richardus*, aut *Franciscus* frater, Equestri Stephaniano Ordini adscripti unquam fuere, ut ex *Georgii Marchesii Museo Honoris* intelligere est; neque hoc anno eorum alterum Italia abfuisse, aliquid est quod persuadere valeat: verum rem incertam lubenter in medium relinquo (1). Maiora tamen per id temporis moliebatur *Ferdinandus*, ut Turcis bellum exitialius inferret. Foedus enim cum *Ioanne* Po-

Ita enim octonaria quaedam editionis prioris, elegantia, & suavia, nuda ac fastidiosa nominum recensione in posteriore corrupta sunt.

(1) De Hipponis expugnatione consulendi etiam *Fulvius Fontana* De rebus praeclare gestis Ordinis Militaris Stephaniani *pag.* 135. & *pag.* 147. Vita *Ferdinandi MS. Marchesius* in *Museo Honoris* Par. I. *pag.* 362. & Par. II. 575. aliique. Hipponis Regii expugnatio decantata est a *Vincentio Piazza*, Comite Parmensi, & Ordinis Stephaniani Equite, qui Poema perelegans condidit, *Hippo Regius Expugnatus* inscriptum, quod Parmae anno MDCXCIV. editum est; atque iterum excusum est ibidem anno MDCCXLIII. cum aliis eiusdem Auctoris Carminibus.

*Polato*, Hierapoleos in Syria urbis, vulgo Haleppi, Praeside, qui una cum aliis Praesidibus, & populis, adversus Turcarum Imperatorem rebellaverat, percussit, ut coniunctis viribus contra Turcam belligerarent, certis pactis ac conventis inter eos firmatis; id quod tamen perfici non potuit, quum *Ioannes Polatus* a suis paene desertus tandem Turcae se dedere coactus fuerit (1). Etsi

(1) Haec omnia fuse narrantur in *Vita Ferdinandi* MS. in Codice Richardiano saepius laudato *pag.* 67. ubi & pacta conventa per epistolam satis prolixam Magno Duci oblata, referuntur. *Ioannis Polati* autem rebellionem narrant etiam *Sagredus*, *Bisaccionius*, & *Battaglinus* in *Annalibus*. Vnus ex coniuratis cum *Ioanne Polato* rebellibus, fuisse videtur *Frecbredinus* ille Drusorum regulus, de quo superius pluribus egimus *pag. CCXII. & seqq.* qui quidem *Frecbredinus* diu Florentiae permansit; nam & sub *Cosma II.* Magno Duce adhuc in eadem civitate versabatur, & multis ab eo honoribus adfectus est, ut narratur in eodem Codice *Richardiano XIV. Pluteo R. Ordine II.* in *Vita Cosmae II. pag.* 80. ubi quidem de *Frechredino* ita agitur, ut potius ad *Cosmam II.* quam ad *Ferdinandum I.* Florentiam accessisse videatur: & tum recte *Bernardinus Surius* scripsisset, contra quam supra *pag.* CCXII. opinatus sum. Saltem *Frecbredinum*

Etsi *Abas* Persarum Rex, qui iam Turcas contuderat, & ipse conspirans *Ioannem Polatum*, aliosque rebelles, foveret, & praesidio opibusque iuvaret; quare & Oratores ad Christianos Principes, & ad *Ferdinandum* Magnum Ducem praecipue, misit, ut eorum arma adversus Turcarum Sultanum excitaret (1). Hic autem Magni Ducis conatus, cladesque, quas Stephanianae triremes Turcis in dies inferebant, talem *Achmati* Turcarum Domino terrorem incusserunt, ut *Ferdinando* liberum mercaturae commercium, & privilegia amplissima Etruscis, in toto suo imperio per haec tempora obtulerit, modo a suorum populorum, navigiorumque, vexatione desisteret; quod quidem Tuscorum Princeps facere recusa-



*dinum* sub utroque principe Florentiae moratum esse, non est dubitandum. Drusorum Regulum ex *Frecbredini* posteris vidi paucis ab hinc annis Florentiae versantem, & aes quoddam *Frecbredino* debitum repetentem.

(1) De his late agitur in Vita *Abas* Persarum Regis, in Codice memorato Richardiano XIV. *Pluteo R. Ordine II. pag.* 170. 171. 172. 173. in *Vita Mehemet*, & *Achmet* Magnorum Sultanorum in eodem Codice *pag.* 197. 200.

vit (1). Hoc vero eodem anno VI. Nonas Maias, *Franciscus Richardius* Senator, Lauretum Piceni oppidum perrexit, imaginem Deiparae, & templum famigeratum veneraturus, comitesque *Constantiam* (2) uxorem, *Constantiam* filiam (3), *Lucretiam Valoriam* (4) socrum, *Comitissam* (5) sororem, *Andreae Rogerii* F. *Andreae* N. *Minerbettio* (6) nuptam, *Priorem*

(1) Haec habentur in saepius laudata *Ferdinandi Vita* MS. in Codice Richardiano, *pag.* 72.

(2) De hac vide superius *pag.* CLXXXVI.

(3) Eius meminimus supra *pag.* CXI.

(4) *Lucretia Francisci Valorii* uxor, cuius filiam *Constantiam* uxorem duxerat *Franciscus*, filia fuit *Io. Baptistae Zanchinii a Castiglionchio*, ut scribit *Ammiratus* in *Genealogia Gentis Valoriae pag.* 107.

(5) Superius *pag.* I. quum *Ioannis Richardii* filios recensuimus, mares tantum numeravimus: femellam *Comitissam* omisimus, quae nata anno circiter MDLVI. videtur.

(6) Huius *Andreae Minerbettii* mentionem fecimus superius *pag. XCIV.* cuius fortasse frater fuit *Alexander* ille, qui supra *pag. XCVII.* memoratur, & de quo agit *Nigrius de Scriptor. Florent.* Natus est *Andreas* anno MDXLV. & Equestri Christi Ordini adscriptus, Pistorii, Pisarumque Praeses fuit; & anno MDXCVI. die

*rem Pittium* (1), & *Ioannem a Villa Saletta* (2) Sacerdotem, qui in itinere sacra faceret, secum adduxit, & cum iis congruum famulitium. Tam in itu, quam in reditu, Figlinis ab *Hieronymo Cardio*; Cortonae ab *Cosma Zephyrinio* (3) cogna-



die XVIII. Ianuarii una cum *Francisco Richardio* aliisque in Senatum Florentinum adscitus fuit. Tamdem anno MDCXI. fato functus est die XXIX. Iulii.

(1) Hic *Prior Pittius* Patricius Florentinus unus e mercatoria societate *Richardiorum* fuit.

(2) Villa Saletta, Pagus est in agro Pisano, non procul ab Alica, cuius meminimus superius *pag.* VII. VIII. Hanc cum innumeris circum iacentibus praediis *Richardii* possident, & ab *Richardo Iacobi F. Anichini N.* emtam fuisse puto, quae postea a liberis successoribusque amplissimis latifundiis adquisitis in immensum aucta est. *Ioannes* hic a Villa Saletta Presbyter, forte Ecclesiae Villae Salettae Rector fuit.

(3) Descriptio huius itineris, quae in Archivo Minerbettiano autographos adservatur, habet: *Comparve da Cortona il Signor Cosimo Zefferini, molto amicissimo della Signora Contessa, e della Casa Minerbetti, ed era accompagnato da otto Gentiluomini della Terra, suoi parenti, tutti benissimo a Cavallo, e volsano*

tisque eius; qui cum *Comitissa Minerbettia* arcta familiaritate coniunctus erat; Perusiae a *Bindaccio Ricasolio* Florentino (1), Maceratae ab *Aloisio*, vulgo *Gino*, *Caponio* (2) Quaestore Pontificio, seu laute splendideque exceptus, seu

*a tutti i modi, che si andassi a Cortona a star la sera da loro ec. . . . . e volsano andare a spasso due ore per Cortona, e parlorno alla Santa Monaca Suora Veronica nel Monasterio della Trinità, dopo avere quivi udito Messa ec.*

(1) In laudata Descriptione ita habet: *Il Signore Bindaccio Ricasoli venne a salutarle, e andatosene, si cenò allegramente, e la mattina de' cinque in Sabato il detto Ricasoli mandò a casa la Carrozza di Mr Illustrissimo Governatore a quattro cavalli, e le donne andorno a spasso per la Città, e udirno Messa nella prima Chiesa del Duomo, dove, e nella quale vi è l' Anello, che la Vergine Maria fu sposata, e per suo mezzo ci fu mostro; e perchè sta serrato a XII chiave, le quali stanno in mano a XII. persone, convenne fare in un subito diligentia di averle; e perchè è usanza, che non si possa mostrare senza l' intervento e presenza de' Signori di Perugia, che sono in quel temporal governo; e ragunati, che furono in palazzo ec.*

(2) Hic erat *Aloisius*, vulgo *Ginus*, *Caponius* Thesaurarius Generalis S. R. E. qui anno MDCVIII. a *Paullo V.* in Cardinalium Se-

ſeu multis variiſque honoribus adfeƈtus fuit. Quum autem *Franciſcus* in ea profeƈtione uſque ſe magnificenter habuerit, illud Cortonae in reditu contigit, quod memoratu dignum exiſtimo. Quum enim in *Zephyriniorum* aedibus nobiles hi peregrini magnifico adparatu opipare coenarent, triclinium extemplo ingreſsae ſunt tres puellae, quae citharam pulſantes, & canentes, Maias Kalendas, ſeu Menſem, more apud Tuſcos recepto (1)



Senatum adleƈtus eſt; & poſt varios honores geſtos obiit anno MDCLIX. De eo agunt *Georg. Marcheſius* in *Muſeo Honoris Part. I. pag.* 429. *Battaglinius* in *Annalib. ad annos illos. Io. Palatius* in *Faſtis Cardinalium, Franciſcus Bocchius* in *Elogiis, Ianus Nicius Erythraeus Epiſt. ad diverſos Lib. VI. u. II. Volumine poſteriori,* aliique.

(1) Moris eſt in Etruria, Kalendas Maias ab puellis, ſeu iuvenibus, ſonis muſicis, aptis cantionibus, virentibuſque arborum ramis terrae defixis, aut ſubſpenſis, celebrari. De hoc inſtituto quaedam ſcripſit V. Cl. *Dom. Mar. Mannius*, libello edito, cui titulus: *Il Maggio, Ragionamento Iſtorico di Tabalco Panichio Paſtore Arcade. In Firenze* 1746. Quaedam habet etiam *Io. Maria Creſcimbenius Comment. in Hiſtoriam Vulgar. Poeſeos Vol. I. Lib. II. Cap. XII.* In Mileſiis *Ioannis* Florentini

celebrarent ; atque tam grata concinnaque cantus modulatione convivarum omnium animos demulsere, ut ab *Francisco* binos aureos duplos cantilenae suavissimae praemium retulerint ( 1 ) . Hic annus Reip. litterariae luctuosus fuit , quum *Ioannes Baptista Detius* ( 2 ) mortem obierit ; sicuti insequens ob *Matthaei Sanminiatii* Archiepiscopi Theatini ( 3 ), viri

tini, quae vulgo *Il Pecorone* adpellantur, una est *Die XXII. Fabul. II.* in qua huius moris mentio fit hisce verbis. *Negli anni di Cristo mille tracento quattro ( come al buon tempo passato del tranquillo e buon stato di Fiorenza si usava ) le calende di Maggio le brigate e compagnie per sollazzo in più parti della Città fecero molte feste ec.* Quod totum *Ioannes* Florentinus ab altero Florentino *Ioanne Villanio* accepit, qui id narrat *Lib. VIII. Cap. LXX.* & quod latuisse video laudatum *Mannium* de huiusmodi ludis agentem. Cantio pro mense Maio exstat in Codice Richardiano *I. Pluteo S. Ordine I.* composita anno MDC.

(1) Haec omnia fuse narrantur in memorata Descriptione Itineris *Francisci Richardii* ad Lauretum.

(2) Vide de eo superius *pag.* LXXXVII. CLXXXVII. CLXXXVIII. quae quidem dum scribebamus, emortualem eius annum ignorabamus.

(3) Consule de eo *Notitias Academiae Flor. pag.* 239. & *Iulium Nigrum* de *Scrip. Florent.*

viri eruditissimi mortem. Porro eruditionem suam, & munificentiam ostentandi occasionem RICHARDO praebuit annus MDCVIII. quo *Cosmas*, *Ferdinandi* Magni Ducis filius, Princeps iuventutis, *Mariam Magdalenam Austriacam*, *Caroli* Archiducis, & *Mariae* filiam, ac *Ferdinandi II.* Imperatoris sororem, uxorem duxit, & sumtu incredibili, insolitisque publicae laetitiae signis, atque magna omnium ordinum exsultatione, nuptiarum celebritas peracta est (1). De felice tantae Principis adventu exstat *Laurentii Parisii*, Medici Florentini, oratio, *Concino Concionio* (2), viro Illustrissimo, & Christianissimae Reginae *Mariae* Consiliario, & Equitatus Praefecto, inscripta, & typis excusa (3). Sed quando *Concini Concinii* mentio incidit, silentio praterire non possum, eum, quum



(1) Pacta & conventa firmata in his nuptiis contrahendis inter *Philippum III.* Hispaniae Regem, & *Ferdinandum* Magnum Ducem, habentur in Codice Richardiano *R. I. Num. III.*

(2) De *Concinio* vide quae habet *Io. Cosmas Baroncellius De Vita sua*, & Historici passim.

(3) Eam commemorat *Cinellius* in sua Bibliotheca; & exstat in *Descriptione Adparatus & Festorum pro his nuptiis*.

*Dianoram Caligariam*, *Mariae* Reginae famulam dilectissimam Lutetiae Parisiorum uxorem duxisset, adeo Reginae gratia & favore valuisse, ut omnia prope in aula illa pro suo arbitrio disponeret, susque deque misceret. Id quod in caussa fuit, cur *Ioannes Medices* hoc anno veniam a Rege & Regina petens in Italiam reverteretur, quum prius illis Principibus dixisset, se apud eos Reges diutius permanere non posse, apud quos Rusticus Tuscus, *Concinum* indicans, & eius humilem originem (1) arguens, maiori auctoritate polleret, quam ipse, ipsorum Principum consanguineus & adfinis, exercituumque ductor celeberrimus & laudatissimus. Hic autem Patavii substitit, atque inde ad nuptias istas ab Magno Duce invitatus Florentiam venit, in Venetiam tamen brevi rediturus, ut saepius citatus *Baroncellius* tradit. Nam mortuus est *Ioannes* Patavii anno MDCXX. quum uxorem duxisset *Liviam* quamdam *Ver-*

(1) Rusticum *Concinium* fortasse adpellavit *Ioannes*, quod non ex patricia gente Florentina esset, sed ex Valle Arni superiori, seu agro Arretino, originem duceret. Ceterum eius gentis nobilitatem explicat atque confirmat *Scipio Admiratus*, in eius *Historia Genealogica*.

*Vernacciam*, humilis generis, & imminutae pudicitiae feminam Genuatem, ex qua filium *Franciscum Mariam* fubftulit, patrum noftrorum memoria vita functum. Illa occafione RICHARDVS, & veftibus fplendidis fumtuofifque fuum famulitium decoravit, & ea carmina Italico fermone (1) com-

(1) Ea publici iuris facta funt in libello infcripto: *Defcrizione delle Fefte fatte nelle Reali Nozze de' Sereniffimi Principi di Tofcana D. Cofimo de' Medici, e Maria Maddalena Arciducheffa d' Auftria. In Firenze appreffo i Giunti* 1608. *pag.* 24. 25. Carmina autem *Richardi* funt quae fequuntur. Primam oden Aura fic cecinit:

*L' Aura fon io, che ne fecondo i campi,*
*L' aria inzaffiro, e l' onde*
*Incriftallo, e le fronde*
*Smeraldo, e fmorzo al Sol gli ardenti lampi:*
*Son la madre de' fiori,*
*Che gli arrubino, e imperlo, e fpiro odori,*
*Onde fanfi odorati*
*Gli argentei feni, e gli aurei crin gemmati.*
*Figlia fon io di rutilante Aurora,*
*Di Vener meffaggiera,*
*Che fua amorofa fchiera*
*A voi m' invia, novello Sol di Flora,*
*La vaga Dea Ciprigna,*
*Per dimoftrar quant' è con voi benigna,*
*Quant' è con voi cortefe,*
*Pel fuo Tofco diletto almo paefe.*

*Che*

composuit, quae in nuptiali Principum convivio recitata fuerunt. Vidit etiam tunc RICHARDUS *Franciscum* fratrem in Naumachia, quae Argonautas Cholcum, vellus aureum rapiendi gratia invadentes in Arno flumine repraesentabat, a Cholcorum partibus stare, & ludum, bellique simulacrum, iucundissimum una cum aliis patriciis viris ciere; quod quidem spe-

cta-

*Che della Corte sua, suoi cari pregi,*
*Vostro sacro Imeneo,*
*Col Tosco Semideo,*
*Donna Real, vuol che s' adorni, e fregi,*
*Quindi tratte a' tuoi imperi*
*Scorte or ce n' ha per liquidi sentieri*
*Di Dori, e quì s' aduna*
*La spumante sua Conca, aurea sua cuna.*

Secundam cantavit Amor:

*Sono il bendato Arciero,*
*Sono il nudo Guerriero,*
*Veggo quant' Argo, armato Marte ho vinto,*
*E quì m' arrendo accinto*
*Ad onorar di Flora il nuovo fiore,*
*E quì non son Guerrier, ma sono Amore.*
*Sono Amore all' amico,*
*Sono amaro al nemico:*
*Per voi, su l' Arno, ho 'l mio fiorito nido,*
*Che sprezzo e Paso, e Guido,*
*Per voi quì nel materno carro accoglio*
*Mia Corte, a voi la dono, e me ne spoglio.*

*E*

ctaculum *Franciſcus Cinius* excogitavit, & carminibus ſcriptis decoravit, quae hoc ipſo anno publici iuris fecit. *Franciſcus* quoque *Bracciolinius* pro hoc Argonauticae expeditionis ſpectaculo carmen modulatus eſt, quod una cum aliis eiuſdem argumenti poematis vulgatum eſt in Deſcriptione adparatus, feſtorumque pro nuptiis horum Principum celebrandis inſtitutorum. Heinc forte conſtare arbitror, per haec tempora *Bracciolinium* Florentiae verſatum fuiſse, & tunc fortaſſis Eclogam illam, qua RICHARDVM laudat; & quam ſuperius (1) adtulimus, elucubratus eſt

*E voſtri pregi, e lode*
*Cantano in Inni, in Ode,*
*Con le dotte ſorelle Erato bella,*
*Che da me ſe n' appella,*
*Ch' a' lor muſici accenti, ed armonie*
*Ne riſpondon dal ciel le ſinfonie.*

Superi autem e nubibus canere fingebantur:

*E ſol Coſmo riſuona,*
*E Maddalena intuona*
*La valle, il colle, il monte, il prato, il boſco,*
*Di queſto lido Toſco,*
*E'l ciel, l' aria, e la terra, e l' onda piena*
*Coſmo Coſmo riſponde, e Maddalena.*

(1) *Pag.* XXXVIII.

eſt (1). Paucis diebus antequam nuptiarum celebritas haberetur, ſtatua equeſtris *Ferdinandi I.* Magni Ducis ahenea *Ioannis Boloniae* egregii artificis opus (2), in platea templi Deiparae ab Angelo ſalutatae erecta fuerat (3); in cuius laudes *Gabriel Chiabrera* Tuſcanicum carmen effudit, RICHARDVM invitans, ut ipſe etiam magnificum ſplendidumque opus, & *Ferdinandum* (4) ipſum

(1) De *Franciſco Bracciolinio* vide *Laurentium Craſſum* in *Elogiis; Leonem Allatium* in *Apibus Vrbanis; Ianum Nicium Erythraeum* in *Pinacotheca Par. III. Ioannem Mariam Creſcimbenium* in *Hiſtoria Italicae Poeſeos*. Natus eſt is Piſtorii anno MDLXVI. VI. KL. Decembres *Iuliano Bracciolinio*, & *Maria Celleſia* parentibus; mortuus eſt vero anno MDCXLV. Pridie KL. Septembres.

(2) *Philipp. Baldinuccius* auctor eſt in *Vita Ioannis Boloniae;* & in *Vita Petri Taccae*, quae habetur *Par. III. Saecul. IV. Decennal. III. pag.* 354. ſed *Meliorius* aliique ab *Petro Tacca* illam ſtatuam perfectam fuiſſe tradunt; quos tamen mendacii inſimulat laudatus *Baldinuccius* in *Vita* illa *Io. Boloniae pag.* 133.

(3) In Deſcriptione Feſtorum & Adparatus *pag.* 33.

(4) Carmen exſtat inter opera *Gabrielis Chiabrerae* editionis Venetae MDCCXXX. Tom. I. *pag.* 100. *Richardo Richardio* inſcriptum. Vide ſuperius *pag.* XXXVI.

ipsum laudibus ferret. Et meruit quidem hoc honore adfici *Ferdinandus*, qui *Cosmae* patris honori & memoriae aliam aheneam statuam equestrem in primaria platea collocandam anno MDXCIV. curaverat, eodem *Io. Bolonia* opifice (1). Aliud spectaculum nobile, & eximium, praebuit his diebus Ara maxima, & Presbyterium Ecclesiae Spiritus Sancti, tota ex lapidibus pretiosis coagmentata, quae quidem antea ab *Io. Baptista Michaelottio* Senatore (2) incepta, tunc demum a *Francisco Michaelottio* eius fratris filio absoluta fuerant (3). Haec quidem sacro rite facto non sine magno luxu, & adparatu, Principibus praesen-

(1) *Blanchinius in Ferdinando pag. 66.*

(2) Hinc non mirum, si in Spiritus S. Ecclesia magnificae exsequiae ei ann. MDCIV. celebratae fuere, earumque descriptio typis excusa est Florentiae cum hoc titulo: *Mortorio & Essequie del molto illustre e Clarissimo Signor Giovambatista Michelozzi, celebrate in Fiorenza nella Chiesa di S. Spirito il dì 17. e 19. di Maggio 1604. descritte con tutta l' invenzione dell' apparato dal R. P. F. Niccolò Acciaioli Maestro di Studio di S. Spirito. Stampata in Fiorenza, per Volcmar Timan 1604.*

(3) In Descriptione Festorum harum Nuptiarum *pag. 50.*

ſentibus ab *Alexandro Martio Medice* Archiepiſcopo Florentino dedicata fuere. Feſtos harum nuptiarum dies, ludos, ſpectacula, certamina, cantica, omnia quidem luculenta oratione deſcripta fuerunt, & libellus (1) typis eſt editus Florentiae ab *Iunctis* Typographis hoc ipſo anno MDCVIII. in cuius calce adſutum circumfertur Epithalamium *Anſelmi Colectii* Bargaei, in quo *Richardiorum* perhonorifica mentio habetur; dum Poeta pleroſque Florentinos Senatores commemorat. Ita enim canit:

*Quid tibi nunc memorem magni ornamenta ſenatus*
*Egregios Proceres, rerum queis ſumma poteſtas,*
*Quatuor & quater undenos, qui murice operti*
*A numero nomenque ferunt, ut ab ordine cultum?*
*Tot caſtella putes hos, propugnaculaque urbis,*
*Militiae, inque toga populis & pace tuendis.*
*Martellos, Corſos, Ruccinoſque, Benoſque,*
*Et Giugnos, atque Antellas, pubemque Valoram.*
*Tum Pazzos Stufaſque mares, acreſque Rudulphos,*
*Et Bonſos, Zatos, Tornabonoſque, Dinaſque.*
*Adde Cavalcantos, Alamannoſque, genuſque*
*Capponium, Spinos, Pittos, Nerliſque, Neroſque,*
*Riccardos, Carneſecchos, & Caccia te gens*
*Atque alios quorum, ut noſtrae non vocis egentes*
*Hos meminiſſe, ſic ut noſtrae non indiga laudis*
*Nomina ſi linquam, non noſtra fraude relictos,*
*Florentes ſed laude ſua, meritiſque putandum.*
*Copia neu pariat faſtidia longior aequo.*

Il-

(1) Huius titulus habetur ſuperius *p.* CCLXV.

Illius Deſcriptionis exemplar video ab anonymo auctore, quem tamen probe ſcio *Camillum Rinuccinium* fuiſſe, dono datum RICHARDO eſſe, ſed miror ſimul in eo minime ſcriptis mandatum fuiſſe, RICHARDVM Drama, quod *D. Mariae Magdalenae converſio, ſeu reſipiſcentia*, inſcribitur, elucubraſſe, curaſſeque agendum in theatro, modis muſicis in antiquis tragoediis uſitatis modulatum, hac ipſa principalium nuptiarum occaſione, ut in Codice manu exarato Richardianae Bibliothecae (1) ſcriptum reperio, in quo Drama illud ſcriptum eſt, & cuius titulus Latine verſus ita habet: *Converſio Sanctae Mariae Magdalenae Richardo Richardio Auctore, qui illam doceri curavit, modis muſicis vetuſto tragoediarum more, numeroſe temperatam, in auſpicatiſſimis Sereniſſimi Principis Etruriae Coſmae Medicei nuptiis*. Ideo vero hoc argumentum RICHARDVS elegiſſe videtur, quod regia ſponſa Auſtriaca *Maria Magdalena* vocaretur (2); qua fortaſſis de cauſa, vel RICHARDI veſtigiis inſiſtens, & *Gabriel* *Chia-*

(1) Codex eſt in *Pluteo S. Ordine I. Numer. II.*

(2) Id intelligi datur vel ex ipſo Dramatis Prologo MS. in quo inter alia habetur.

*E*

*Chiabrera* in eodem argumento lusit, carmenque condidit, quod *Conversio S. Mariae Magdalenae* pariter inscriptum est (1). Aliud etiam splendidum & decorum hoc anno, & in eadem Nuptiarum occasione Florentiae contigit, publicamque laetitiam auxit, triennalia scilicet Ordinis Militaris Stephaniani Comitia, quae Pisis cogi consueverant, in hac urbe, in D. *Laurentii*, a *Ferdinando* Magno Magistro habita, trecentis Equitibus convocatis, quibus hospitium Palatium Mediceum non procul a templo illo situm praebuisse perhibet *Antonius a Sancto Gallo* in *Memorabilibus MSS.* & luculentius narratur in laudata Descriptione Festorum harum Nuptiarum (2). At non tantum haec laetitiae causa RICHARDO hoc anno fuerunt; habuit & domi, ex quo in-

*E quì di Flora alla novella Dea,*
*Ond' è lieta e serena,*
*O d' Austria, e Grazia, graziosa Astrea,*
*Rassembrar voglio in questa umile scena*
*L' alta conversion di Maddalena,*
*Di Maddalena tua, che tanto pregi,*
*Che di suo nome, e sua virtù ti fregi.*

(1) Hoc exsistit in Tomo III. operum *Gabriel's Chiabrerae*, editionis Romanae, *pag.* 229.

(2) *Pag.* 32.

iustam voluptatem caperet: nam alter filius *Francisco* fratri ortus est, cui nomen *Gabrieli* inditum fuit; & quem postea RICHARDVS peculiari, praecipuoque amore dilexit, utpote quem ea indole praeditum fortassis noverat, qua secum olim de virtute, munificentia, magnanimitate, laudatissime certaturus esset (1). Hoc anno *Alexander Ta-*



(1) *Gabriel* hic *Richardius*, Proavi nomen ferens, vir fuit sapiens, prudens, atque magnificus, qui variis legationibus ad Principes varios, & praecipue ad *Vrbanum VIII.* Pont. Max. quum inter eum & Ducem Parmensem discordiae componendae essent, laudatissime functus est, & rem familiarem, latifundiis amplissimis ad Romam emtis, aedibusque *Mediceis* Florentiae comparatis, & ampliatis, mirifice auxit. Hic anno MDCLXXV. fato functus est, uxore ducta *Francisca Calderinia*, sed orbus. Eius sepulcro sequens Epitaphium destinatum fuerat:

*D. O. M.*

*Gabrieli Riccardio Marchioni Clannensi Francisci Senatoris Florentini Filio, qui per annos decem & septem pro Magno Duce Ferdinando II. cui semper gratissimus fuit, prius apud Philippum IV. Catholicum Regem, deinde apud Innocentium X. & Alexandrum VII. Pontifices Maximos Legationem magnifice non minus, quam prudenter, exer-*

*xonus* Mutinensis librum edidit, quem Cruscanis Academicis Collegis suis nuncupavit, coetumque illum eximium honore, quo potuit, adfecit (1). Anno autem insequenti MDCIX. RICHARDUS illam suam de D. *Maria Magdalena* lucubrationem formis Floren-

*exercuit, perque tantundem tempus Etruscae Aulae supremus Praefectus, & Status Consiliarius exstitit, paternis opibus Romae Falconiana praedia, Florentiae antiquam Domum Mediceam generoso sumtu adiunxit, sed tandem sexagesimo octavo aetatis anno apoplexia correptus obiit, praecipue ob pietatem in pauperes, omnibus magno sui desiderio relicto.*

*Marchio Franciscus unicus nepos heres patruo, imo patri secundo, carissimo, non sine multis lacbrymis posuit A. D. MDCLXXVII.*

Etsi in hoc Epitaphio de legatione a *Gabriele* ad *Vrbanum VIII.* obita sileatur, tamen indicare non supersedi; saltem enim ea occasione Magnus Dux illum Romam misit, & eius peritia & dexteritate usus est. Eruditione etiam praestitit, & an. MDCXXVIII. *Ferdinandum II.* Magnum Ducem, & *Carolum* eius fratrem, Venetias comitatus meruit, ut *Iulius Strottius* suorum carminum librum ei, & *Laurentio Strottio* Marchioni, & Baroni *de Nigro*, Venetiis excusum dedicaret.

(1) Hic liber inscriptus est: *Parte de' Quesiti del Sig. Alessandro Tassoni, dati alla luce da Giulian Cassiani, e dedicati agl' Illustrissimi Accademici della Crusca.*

rentiae descriptam evulgavit, una cum ogdoadibus versuum in Deiparae Virginis laudem deductis, quas ex Choro alterius dramatis de D. *Catharinae* Martyrio, ab ipso pariter RICHARDO compositi (1), extractas fuisse, titulus praefert. Hisce



(1) Hoc Drama ab *Richardo* scriptum exstat adhuc manu exaratum in Codice *I. Plutei S. Ordine I.* Bibliothecae Richardianae, cuius initium ita habet: *L' Angiolo a S. Caterina mentre esce di casa per andare a Mattutino.*

*Da' superni stellanti eterni scanni*
*Contemplando u' si gode Iddio verace*
*Messaggiero di lui quì spiego i vanni*
*Ad apportarti una perpetua pace,*
*Vergine saggia, e dopo tanti affanni*
*Trarti dal mondo errante, atro, e fallace;*
*E in ciel riporti in chiara, e gloriosa,*
*Sede per trionfar di Cristo sposa.*
*Massimin, come sai lo scellerato,*
*E nimico di Dio crudo, ed altiero*
*Per far preda di te Roma ha lasciato,*
*E quì ridotto il seggio dell Impero;*
*Da frenetico amore instimolato,*
*Che lo fa divenire insano, e fiero;*
*Ma non temer che Dio tien di te cura,*
*Che ti preserva al ciel candida e pura.*
*Pria teco adoprerà la maestade*
*Gonfia di gran promesse in dolci preghi*
*Per espugnar la tua casta beltade,*
*Perch' alle voglie sue ti volga, e pieghi ec.*

Dra-

commentationibus meruit RICHARDVS ut eius *Leo Allatius* in sua Dramaturgia mentionem perhonorificam faceret. Et profecto, ut iam diximus, totus RICHARDVS in Poesi fuit, & Poetas mirifice amavit, *Petrarchamque* inter alios ita admiratus est, ut Vitam eius scribere in animo habuerit, & iam multa ac varia monumenta in hanc rem congesserit, atque praeparaverit, ut *Iacobus Philippus Thomasinus* in suo *Petrarcha Redivivo* memoriae prodidit. Hic idem annus Florentiae luctuosus fuit; eo enim, mense Februario, mortem obivit *Ferdinandus* Magnus Dux, cuius sceptrum, & Imperii habenas *Cosmas* filius excepit, qui primogenitus eius liberorum fuit, *Caroli* scilicet, qui Cardinalis a *Paullo V.* Pont. Max. (1)



Drama autem de *D. Mariae Magdalenae* conversione hunc titulum praefert: *Conversione di S. Maria Maddalena, ridotta in Tragedia da Riccardo Riccardi, con alcune Stanze in lode della Vergine, del medesimo. In Firenze, appresso i Giunti,* 1609.

(1) *Carolus Mediceus*, S. R. E. Diaconus Cardinalis renunciatus est a *Paullo V.* Pont. Max. anno MDCXV. IV. Non. Decembres; & XVII. KL. Ianuarias *Ludovicus Cencius* Praesul Romanus rubrum pileolum ei adtulit.

renunciatus fuit; *Francisci Mariae*; *Laurentii*; *Catharinae*, *Ferdinando* Mantuae Duci nuptae; *Eleonorae*, quae puella obiit; *Claudiae*, *Friderici* Principis Vrbini coniugis; & *Mariae Magdalenae*, quae in Parthenone Cruciculae mortua est (1). *Claudia* autem hoc eodem ipso anno *Friderico* Vrbini Principi, post *Ferdinandi* patris obitum, desponsata fuit, trecentis millibus



lit. V. Idus vero Apriles, anno insequenti, Romam Cardinalis *Medices* petiit ad galerum accipiendum, maximis honoribus in itinere, & Romae, adfectus. Haec omnia autem fuse diligenterque descripta habentur in Codice Richardiano *Pluteo Q. Ordine IV. Numero XII.* qui ipsissimus autographos est, qui in ipsius amplissimi Cardinalis gratiam ab eius aulico ipsum comitante exaratus illa occasione fuit, quare *Memorialis diurni* titulum praefert. De hoc Cardinali vide superius *pag.* LXV. CXX. CXXI. CCXI.

(1) Hi *Ferdinandi* filii partim recensentur in Codice MS. Richardiano in *Pluteo R. Num. XXXXV. Ordine I.* & partim in aliis Codicibus *Pluteo Q. Num. XI.* & *XVII. Ordine IV.* Et in *Vita Ferdinandi* MS. & a *Petro Farullo* in *Annalibus Arretinis pag.* 163.

aureis in dotem datis (1). Princeps sapiens *Ferdinandus* fuit; & eius epistolae aliquot adhuc supersunt in variis

Epi-

(1) Auctor est *Franciscus Maria II.* Vrbini Dux in Vita sua a se scripta, quae MS. adservatur in Codice Richardiano *Pluteo R. Ordine II. Num. XIV.* Haec Vita continuata fuit ab *Antonio Donato*, Patricio Veneto, qui *Friderici* istius Principis ingloriam & principe viro indignam, vitam describit, simulque deplorat. Ille enim dum totus voluptatum coeno mergitur, & histrionem, aurigamque, turpiter agit, improviso obitu perit in ipso iuvenilis aetatis flore anno MDCXXIII. die 29. Iunii, ut constat ex Codice Richardiano *Plut. R. Ord. I. Num. III.* viduamque relinquit *Claudiam Mediceam* uxorem, & filiam anniculam *Victoriam*, quae statim Florentiam adlata, postea *Ferdinando II.* Magno Duci nupsit; dotalemque hereditatem magnam secum tulit; licet Vrbinatis ditionis urbes, & oppida in Ecclesiae Romanae potestatem redierint, ipso *Ferdinando II.* Magno Duce consentiente, ut constat ex eius Epistola scripta ad Pontificem Maximum die XVI. Novembris anno MDCXXIII. quae MS. adservatur in Codice Richardiano *Pluteo R. Ordine II. Num. VIII.* Quare quum *Francisci Mariae II.* Ducis Vrbini mors anno MDCXXXI. contigerit, *Thaddaeus Barbarinus* Vrbinum profectus, nomine *Vrbani VIII.*

Pont.

Epiſtolarum Syllogis; & eius laudes *Benedictus Bonmatthaeius* & *Iulianus Giraldius* (1), ſcriptis orationibus, celebraverunt (2). Illum etiam RICHARDVS pluries, ut vidimus, laudibus tulerat, quum de Cypro, & Rhodo, expugnandis divinando cantaret; ſed & oden integram tanti Principis praeconia exaltantem compoſuerat (3), & titulum de Magni Ducis rebus geſtis & laudibus fecerat. *Gabriel Chia-*



Pont. Max. illius dominii poſſeſſionem cepit, ut patet ex monumento, quod exſtat in Codice Richardiano, eodem Pluteo & Ordine, *Num. X.* Inſtrumentum donationis factae anno MDCXLI. a *Claudia* iam Vrbini Principe, & tunc Archiduce Auſtriae, *Ioanni Chriſtophoro*, & *Iohanni Baptiſtae*, *Malaſpinis*, habetur in Codice Richardiano *R. II. Num. VI. Claudia* enim *Leopoldo* Archiduci Auſtriae ſecundo nupſerat.

(1) De eo vide *Notit. Academiae Florentinae*.

(2) De *Ferdinandi* Principis indole & moribus iudicium Anonymi habetur in Codice Richardiano MS. *Pluteo S. Ordine I. Num. XVII.*

(3) Hanc Oden ex Codice Richardiano II. *Pluteo S. Ordine I.* heic exhibemus.

*brera* quoque, non tam Italicis, quam Latinis, carminibus *Ferdinandi* obitum fle-

*Canzone delle azioni, e lodi del Granduca di Toscana.*

*Già veggio io disombrarsi*
*Di pini, e querce i Toschi colli aprichi,*
*Il mar Tirreu calcarsi*
*Nuove terre a segnar nuovi Americhi,*
*E che tu Febo dichi,*
*E i detti sento, che s'attenda e spere*
*Con le Toscane schiere*
*Veder nel più lontano*
*Lido dell' Oceano*
*Non pur dove Egeo geme, o 'l Sirio suona*
*L' alte antenne volar di Falterona.*
*Non per argento, od oro,*
*O ricche merci, o per gemme pregiate*
*Cerca sott' Ostro, o Coro,*
*O per Borea drizzar le nuove armate;*
*Ma di vera pietate*
*Acceso, e dell' onor di Dio zelante*
*Sacro di Cristo amante*
*Della cui gloria e fama*
*Ha sol fame, e sol brama*
*Alzar dal Zemlo al Magaglian sua Croce*
*Vuol da Corene alla Tiriutia foce.*
*Questo or tiene il governo*
*De' magnanimi Toschi, e regge il freno*
*Con caro amor paterno,*
*Con tenera pietà del patrio seno,*

Con

flevit; quorum quaedam in medium adducere lubet:

De

*Con suo sguardo sereno*
*Ne ritrae, ne raffrena, e ne rincora,*
*Ed insieme avvalora;*
*E pastor buon suo gregge*
*In un pasce e corregge;*
*Di fuor siede al timon, tempra le vele,*
*Ma drento è servo, e serve il suo fedele.*
*Questo nuovo Terinto,*
*Non domator di belve, e fieri mostri,*
*Ma per rendere accinto*
*Più salubri e fecondi i campi nostri,*
*Fa che di par ne giostri*
*Flora di fior con fiorita Micene,*
*D' olive con Atene,*
*Con Messana di seta.*
*A real man non vieta*
*Per diporto al giardin trattar bipenne,*
*E per dar legge altrui stancar le penne.*
*La dove or ne trapasso*
*Scorrendo il mar delle sue opre illustri,*
*E questa indreto lasso*
*Degna perch' ei viepiù s' enfregi e lustri*
*Da viver mille lustri?*
*Alzar a Dio aureo gemmato templo,*
*Che qualora io 'l contemplo*
*Vedere in terra avviso*
*L' empireo Paradiso,*
*E far la sacra, e preziosa mole,*
*Che in terra sta, qual è nel cielo il Sole.*

A

*De obitu Ferdinandi Medicis Magni Etruriae Ducis Epigramma.*

*Fernando, ut patria ſceptrum virtute teneret,*
*Divitias dederant ſidera quaeque ſuas,*
*Dein Coſmo, quicquid pulcrique bonique relictum*
*Intulerant, ſuperos exſuperantque polos.*

*Ex*

*A sì nobili impreſe,*
*A sì prezioſe, il gran Fernando invitto*
*S' accinge, e l' armi ha preſe*
*Solo per ſollevar l' Impero afflitto;*
*Che la Siria, e l' Egitto,*
*E l' Indo, e il Chino a lui penſando treme,*
*Ed ogni parte eſtrema*
*Della terra, e del mare;*
*Onde gareggia al pare*
*Carco di ſpoglie, e con le ſponde piene,*
*L' Arno e 'l Mugnon col Tebro e l' Aniene.*
*Ma deh perchè s' arretra*
*Suo provido penſier, ſuo accorto ſguardo,*
*Sonar or la mia cetra?*
*Forſe perch' io miniſtro fui non tardo*
*Del ſuo alto riguardo?*
*Che dal Baltico ſen di ſotto l' Orſe*
*In marin carro corſe*
*Cerere a trar la fame*
*All' Italiche brame,*
*Ond' ei riſplende a guiſa d' un Piropo*
*Che a tutta Italia giunſe al maggior uopo*

*I*

*Exhausta ut sensit melioribus astra thesauris,*
*Talia fatali protulit ore Deus:*
*Coelestes repetat Fernandi spiritus arces;*
*Visa diu tellus ditior esse polo.*

Hoc

*A cantar l' alte geste*
*Del Signor, per cui sorgi e ti rinuovi,*
*Rodi or ci done e preste*
*Apolloni novelli, Omeri nuovi,*
*Onde dipinte trovi*
*L' età futura ne' perpetui carmi,*
*E la pietade, e l' armi;*
*O scritte in vivi intagli*
*Le sue chiare opre agguagli*
*Cari, Micone, e Alcion, e Apollodoro,*
*Del secolo avvenir doppio tesoro.*
*Le tue cetre canore*
*Sveglinsi, Cipri, al suon della mia lira,*
*E tue tibie sonore*
*Suonin l' alta virtù, che da lui spira,*
*Per quanto il Sol ne gira;*
*E ne' poemi Ciprii, e nelle trombe*
*Della Fama rimbombe*
*Di Ferdinando il forte*
*L' avventurosa sorte*
*Che dal vero valor non si diparte,*
*Tal se ne impronta in lui Minerva e Marte.*
*L' inrubinato Giglio,*
*Flora, che te inghirlanda, or t' incorona;*
*Non canterai tuo figlio,*
*Che il canto tuo per fino al ciel risuona,*
*Desterà in Elicona*

*Chi*

CCLXXXIV

Hoc eodem anno RICHARDUS *Robertum Scherleium* Comitem, a Rege Persarum *Aba* ad *Co-*

*Chi per Laura spirò famosi ardori*
*A dir nuovi splendori*
*Se 'l tuo canto l' invita*
*Si sveglierà chi in vita*
*E' ne' soperni, e tu ne' regni inferni,*
*Per cantar di Fernando i pregi eterni.*
*Mentre pensando intenti*
*Taccion di te poemi, e chiare istorie,*
*Per rassembrar presenti*
*Alli futuri tempi alte memorie;*
*Or tue virtù, tue glorie,*
*Non spregin le mie note, e le mie corde*
*Sonarle e mute, e sorde,*
*Che talor dopo mesta*
*Chiara voce si desta,*
*E come gemma nella terra involta*
*Non cantata virtù giace sepolta.*
*E mentre io canto, e io imprendo,*
*Notar del tuo valor i nobil atti,*
*Nello splendor m' accendo*
*De' pregi tuoi, de' gloriosi fatti,*
*D' alta virtù ritratti,*
*Qual se vola aura fra i soavi fiori*
*Spira i furtivi odori,*
*E d' importuna, e amara*
*Dolce rendesi e cara;*
*Tal spero affiso al Sol de' tuoi gran lampi,*
*Non vile ombra di luce in me si stampi.*
*Canzon taci, e tu lira;*
*Sdegna gloria sovrana il suono umile,*
*L' antica fama il non canuto stile.*

*Cosmam II.* Magnum Ducem Oratorem missum vidit, ut inter cetera secum in Persidem excellentium artificum copiam conduceret, quos inter *Constantinum Servium* Pictorem, & Architectum egregium ducendum ei Magnus Dux dedit (1). Alius hoc circiter anno Eous Orator Florentiam venit, Turcarum Domini scilicet, qui cladibus magnis ab Etrusca classe adfectus pacis, & mutui commercii, conditiones *Cosmae* Principi obferebat, sed frustra: nam *Cosmas* adversus Turcas pugnare usque perrexit, ut *Fulvius Fontana* memoriae prodidit (2). *Gabriel* autem *Chiabrera* multis RICHARDUM laudibus saepe tulisse minime contentus, quum suas Eclogas in obitu *Iacobi Cursii*, patroni munifici, deductas Florentiae ab *Io. Antonio Caneo* typis describendas anno

(1) *Baldinuccius* in *Vita Constantini Servii Part. III Saecul. IV. Decenn. I.*

(2) *De Gloria Ordinis D. Stephani pag.* 146. Florentini quidem, dum eorum Resp. stetit, Turcarum amicitiam non spreverunt; & cum eis mutuum commercium habuerunt. Exstant in Codice Richardiano VIII. *Pluteo Q. Ordine IV* pacta conventa cum Musulmanis inita a Florentinis anno MCCCCXXII. cum Aegypti Sultano scilicet.

no MDCX. curavisset, epistola ad RICHARDVM praefixa, eius illas nomini clarissimo dedicavit. Epistola, quam praemisit, Latine versa ita habet.

*Eclogae Gabrielis Chiabrerae, ab eo donatae perillustri Domino, Domino Richardo Richardio.*

*Si in hisce meis versibus illam ingenii vim non videbis, qua tibi, perillustris Domine Richarde, cari esse possint; cari tibi saltem erunt ob gratum meum animum, qui in illis elucescit; ii enim testes sunt, ne mortem quidem ipsam ex animo Dominum Iacobum nostrum delere potuisse. Hinc dicere ausim, te numquam nostri taedia captura ex eo esse, quod me amaveris: etenim perspicuo exemplo compertum habes, amorem, & benevolentiam tuam, & nunc, & in posterum, me memorem professurum esse. Ita Dii me ament, ut argumentum omnibus praebere possim, ex quo aperte cognoscant, me illius, pectore alte insidentis, perpetuam memoriam servaturum esse.* Hactenus ille. Quid autem de docti, ac sapientis RICHARDI animo, & adfectibus, credere par est per haec tempora, quibus Florentinus praestantissimus *Galilaeus Galilaeius* in tantum nomen adsurgebat, tantum in abstrusiores naturae sinus, sublimiores caeli plagas, oculo

pla-

plane lynceo (1) penetrabat? Praeter enim multas alias lucubrationes egregias, ab eo ante editas, hoc ipso anno MDCX. publici iuris fecit suum *Nuncium Sidereum*, de novis a se repertis, ope telescopii, in Luna, fixis innumeris, lacteo circulo, stellis nebulosis, & quatuor Planetis circa Iovem, quos Medicea Sidera nuncupavit. Hunc librum plane egregium *Cosmae II.* Magno Duci inscripsit, qui *Galilaei* felix ingenium, novaque reperta, miratus, e Patavino Gymnasio in Pisanum Atheneum merito eum transtulit (2). RICHARDUS quidem doctrinarum, & eruditionis amantissimus tantos scientiae progressus miratus fuerit, & ex popularis sui miris inventis (3) incredibilem volupta-

(1) *Galilaeus Galilaeius* in *Lynceorum* Coetum Romae institutum cooptatus fuerat, ideoque passim in suis operibus *Lynceum* se nominat. Consule Notitiam *Lynceorum* quam V. Cl. *Io. Blancus* Medicus & Patricius Ariminensis suae *Fabii Columnae* Phytobasani editioni Florentinae praemisit.

(2) *Ios. Blanchinius* in *Cosma II. pag.* 82.

(3) Iure optimo de magno *Galilaeo* olim canebam, quum meam Dissertationem *De Recta Patrum Nicaenorum fide*, *Violanti Beatrici* Principi ab Etruria dedicarem:

*Huius*

ptatem perceperit. Interea luctu ingenti *Cosmas II.* Magnus Dux, atque universa Principalis familia, ac Florentia, prostrata est, accepto nuncio mortis *Henrici IV.* Galliarum Regis adfinis sui, a *Francisco Ravalliaco* in ipso regio curru interfecti; qui *Io. Baptistae Bonsii* Florentini, Biterrensis Episcopi, & *Mariae* Reginae a sacris, in Purpuratorum Collegium Regina rogante cooptationem anno MDCXI. a *Paullo V.* Pont. Max. factam videre non potuit. Multum enim Rex ille *Bonsium* (1), suarum nuptiarum cum *Ma-*

*Huius pone sequens vestigia libera pressit*
*Nobilis, & fama toto memorabilis aevo,*
*Arno addens decora & titulos Galilaeus amoeno.*
*Hic etiam audaci penetrans coelestia templa*
*Intuitu, patefecit iter stellantis Olympi*
*Visibus humanis, fragilis ope molle metalli.*
*Hic etiam ignotos deprendit in aethere mundos,*
*Atque novis princeps stellis nova nomina fecit,*
*Et rerum explicuit toto miracula coelo.*
*Quid quod & igniferi radiantem lampada Solis*
*Infectis turpem maculis ferruginis atrae*
*Vidit, & aeternum stupuerunt saecula monstrum?*

(1) De eo consule *Marcum Battaglinum* in *Annalibus*, *Io. Palatium* in *Fastis Cardinalium Tom. IV. pag.* 38. Ode Italica de *Ludovici XIV.* Galliarum Regis laudibus ad alium Cardinalem *Bonsium*, est in Codice Richardiano II. *Pluteo S. Ordine I.*

*Maria Medicea* conciliatorem, diligebat. Quae rerum humanarum vicissitudo est, RICHARDVM domesticus etiam luctus adflixit, mortuo Pisis mense Aprili (1) fratre *Francisco*; cuius cadaver statim Florentiam translatum est, & in Maiorum sepulcreto conditum; eiusque tumulo inscribendum epitaphium, nepote *Francisco* curante compositum, inter domestica *Richardiorum* monumenta reperimus, atque ita habet:

D. O. M.

*Francisco Ioannis de Riccardis, Senatori Florentino, integritate morum, solertia in rebus agendis, & erga egenos caritate, Viro admirabili: nam inter cetera pietatis officia, quo tempore civitas fame laborabat, navem frumento onustam venire iussit, frumentumque Dantisci emtum, per Riccardum fratrem idcirco missum, nullo recepto praemio Florentiae distribuit. Propterea Deo Principibusque suis carus coelestem ad patriam Pisis denique migravit. Statim huc inde corpus translatum. Prid. Cal. Maias An. S. MDCXI. aet. vero LVIII.*



(1) *Series Senatorum Florentinorum* habet, KL. Maiis.

ptatem perceperit. Interea luctu ingenti *Cosmas II.* Magnus Dux, atque universa Principalis familia, ac Florentia, prostrata est, accepto nuncio mortis *Henrici IV.* Galliarum Regis adfinis sui, a *Francisco Ravalliaco* in ipso regio curru interfecti; qui *Io. Baptistae Bonsii* Florentini, Biterrensis Episcopi, & *Mariae* Reginae a sacris, in Purpuratorum Collegium Regina rogante cooptationem anno MDCXI. a *Paullo V.* Pont. Max. factam videre non potuit. Multum enim Rex ille *Bonsium* (1), suarum nuptiarum cum *Ma-*

*Huius pone sequens vestigia libera pressit*
*Nobilis, & fama toto memorabilis aevo,*
*Arno addens decora & titulos Galilaeus amoeno.*
*Hic etiam audaci penetrans coelestia templa*
*Intuitu, patefecit iter stellantis Olympi*
*Visibus humanis, fragilis ope molle metalli.*
*Hic etiam ignotos deprendit in aethere mundos,*
*Atque novis princeps stellis nova nomina fecit,*
*Et rerum explicuit toto miracula coelo.*
*Quid quod & igniferi radiantem lampada Solis*
*Infectis turpem maculis ferruginis atrae*
*Vidit, & aeternum stupuerunt saecula monstrum?*

(1) De eo consule *Marcum Battaglinum* in *Annalibus*, *Io. Palatium* in *Fastis Cardinalium Tom. IV. pag.* 38. Ode Italica de *Ludovici XIV.* Galliarum Regis laudibus ad alium Cardinalem *Bonsium*, est in Codice Richardiano II. *Pluteo S. Ordine I.*

*Maria Medicea* conciliatorem, diligebat. Quae rerum humanarum vicissitudo est, RICHARDVM domesticus etiam luctus adflixit, mortuo Pisis mense Aprili (1) fratre *Francisco*; cuius cadaver statim Florentiam translatum est, & in Maiorum sepulcreto conditum; eiusque tumulo inscribendum epitaphium, nepote *Francisco* curante compositum, inter domestica *Ricbardiorum* monumenta reperimus, atque ita habet:

D. O. M.

*Francisco Ioannis de Riccardis, Senatori Florentino, integritate morum, solertia in rebus agendis, & erga egenos caritate, Viro admirabili: nam inter cetera pietatis officia, quo tempore civitas fame laborabat, navem frumento onustam venire iussit, frumentumque Dantisci emtum, per Riccardum fratrem idcirco missum, nullo recepto praemio Florentiae distribuit. Propterea Deo Principibusque suis carus coelestem ad patriam Pisis denique migravit. Statim huc inde corpus translatum. Prid. Cal. Maias An. S. MDCXI. aet. vero LVIII.*



(1) *Series Senatorum Florentinorum* habet, KL. Maiis.

CCXC

*Marchio Franciscus Riccardius Avo de se posterisque omnibus optime merito grati hanc animi memoriam posuit.*

*A. MDCLXXVII.*

Vxorem viduam reliquit *Franciscus Constantiam Valoriam*, duosque mares superstites, *Cosmam* & *Gabrielem*: femellas vero *Constantiam* (1), *Mariam*, *Annam*, *Catharinam* (2), *Lucretiam* (3), ex uxorum consortio substulerat. Quin & ex obitu *Andreae Minerbettii* Senatoris, qui IV. KL. Sextil. contigit, luctum contraxerit RICHARDVS, quum ille sororis *Comitissae*, ut iam diximus, maritus fuerit (4). Non multo post naturae concedens RI-

CHAR-

(1) Haec anno MDCVII. sacrum velum in Parthenone *S. Mariae Angelorum* suscepit, & anno MDCXL. obiit.

(2) Haec anno MDCXVIII. iam *Francisci Ioannis* F. *Nicolinii* uxor erat; mortua autem est anno MDCLXXVI. quum orta esset anno MDXCVIII. Consule superius *pag.* CXXXII.

(3) Haec anno MDCXXIV. *Carolo Petri Francisci* F. *Rinuccinio* nupta deprehenditur, quum nata esset anno MDCVII. ut ex Archivio Richardiano patet. Obiit anno MDCLXXV.

(4) De eo vide superius *pag.* CCLVIII.

CHARDVS aetate gravi & in fenium vergente, dilectum fratrem fequutus eft. Se enim iam languefcentem fortaffe fentiens a. d. III. Idus Iulias teftamentum condidit, *Andream Andreinium* Tabellionem rogans, ut illud fcriptis mandaret, heredibus *Francifci* fratris filiis *Cofma* (1)



(1) Hic eft ille *Cofmas*, qui anno MCCXXIX. a *Ferdinando II.* Magno Duce *Marchionis* titulo decoratus fuit, ut fuperius *pag.* IX. indicavimus, quique militaris virtutis gloria refulfit, cum in Gallia, tum in Germania, & Italia, copias ductans, quare & Tribunus & Ductor a fuo Principe renunciatus eft, & ad fuppetias Mediolanenfibus ferendas bis miffus; tamdemque Liburni emporii, & urbis Praefes conftitutus eft, anno MDCXLVIII. Diplomata autographa *Ferdinandi II.* Magni Ducis, quibus ea munera *Cofmae* contulit, exftant in Codice IV. Richardiano, *Pluteo* S. *Ordine II.* & eorum quaedam funt, quae fequuntur:

*Ferdinando Secondo Gran Duca di Tofcana &c.*

*Havendo Noi ordinato una levata di quattrocento Cavalli in quattro Compagnie, due di Corazze & due di Archibufieri, per mandarla in fervitio della Maeftà Cattolica a difefa dello Stato di Milano, & convenendo, oltre al proveder cia-*

decenni, & *Gabriele* quadrimo, institutis;

*ciascuna di esse di fedele & valoroso Capitano, far ancora elettione di persona che per prudenza & esperienza militare possa non solo sostenere il comando di una delle dette Compagnie, ma anco il governo delle tre altre; Noi che siamo a pieno informati che tutte queste & altre honoratissime qualità concorrono in Voi, Marchese Cosimo Riccardi, nostro Feudatario, come per prova havete rimostrato sempre in tutte le occasioni, che si sono presentate del nostro servitio, & ultimamente nella Carica di nostro Maestro di Campo con mille Fanti forestieri, che ci conduceste, & altri che aggiugnemmo al vostro Terzo, vi habbiamo eletto & deputato, & in virtù di questa nostra Lettera Patente vi eleggiamo & deputiamo per Governatore delle suddette quattro Compagnie di cavalli, una delle quali armata alla Corazza sarà capitanata da voi, con tutti gli honori, prerogative, premineuze, autorità, facoltà, & emolumenti soliti & consueti di simil Carica & con stipendio di centoventi scudi il mese; Che però comandiamo che da' nostri Generali, & altri Capi & Ministri nostri supremi di guerra, & da qualunque altra persona, siate per tale & come tale riconosciuto, stimato, & trattato; & da' Capitani, Vffiziali, & Soldati di dette Compagnie sottoposte al governo vostro, rispettato, & ubbidito come conviene; e che li Collaterali & Pagatori della nostra Banca vi rispondino a' debiti tempi del vostro stipendio, per quanto ciascuno stima la gratia nostra & teme la nostra indignaa-*

tis; quod quidem testamentum mirum quan-

*gnatione. In fede di che abbiamo sottoscritto di nostra mano la presente impressa del nostro solito Sigillo & contrassegnata dall' infrascritto nostro Segretario. Dat. in Firenze il dì 19. di Febraio 1629.*

*Il Gran Duca di Tosc.*

*Lorenzo Usimbardi Segretario.*

*Ferdinando Secondo Gran Duca di Toscana &c.*

*Volendo Noi assistere alla difesa dello Stato di Milano con quattrocento Cavalli secondo l' obligatione, che ne tenghiamo con la Maestà Catolica, & convenendo oltre haverli distribuiti in quattro Compagnie, due di Corazze & due di Archibusieri a cavallo, con haver assegnato a ciascuna di esse fedele & valoroso Capitano, far anco elettione di persona, che oltre all' haver il comando di una di esse, sia capace di sostener ancora il Governo di tutte le altre; Noi che siamo a pieno informati della fede, del valore, della prudenza, & dell' esperienza militare di Voi, Marchese Cosimo Riccardi, nostro Feudatario, come per prova ce ne havete rimostrato gli effetti nell' istesso comando conferitovi altra volta in simile occorrenza, & nel servitio resoci per prima in Carica di nostro Maestro di Campo, & sempre con intera nostra sodisfattione, vi habbiamo eletto & deputato & in virtù di questa nostra Lettera Patente vi eleggiamo & deputiamo per Governatore delle suddette nostre quattro Compagnie di Cavalli, una delle*

quantam RICHARDI pietatem, munificentiam,

*delle quali armata alla Corazza sarà da voi capitanata, con tutti gl'honori, prerogative, autorità, facultà, & emolumenti soliti, & consueti, di simil Carica, & con stipendio di centoventi Ducati il mese; Che però comandiamo che dalli Generali, Capi & Ministri nostri di guerra, & da qualunque altra persona siate per tale & come tale riconosciuto, stimato, & trattato; da' Capitani, Vffiziali, Ministri, & Soldati di dette Compagnie sottoposte al governo vostro rispettato, & ubbidito, come conviene; & dal nostro Collaterale & Pagatore a' debiti tempi sodisfatto del vostro stipendio, per quanto ciascuno stima la gratia nostra & teme la nostra indignatione. In fede di che abbiamo sottoscritto di nostra mano la presente impressa del nostro solito Sigillo & contrassegnata dall' infrascritto nostro Seg. Dat. in Firenze a' 23. di Settembre 1635. &c.*

*Il Gran Duca di Tosc.*

*Lorenzo Vsimbardi Segretario.*

*Ferdinando Secondo Gran Duca di Toscana &c.*

*Havendo noi mandato un Terzo di quattromila fanti alla difesa dello Stato di Milano conforme all' obbligatione, che ne tenghiamo con la Maestà Catolica, & havendo noi richiamato appresso la persona nostra il Sig. Cammillo de' Marchesi del Monte, che n' era Maestro di Campo, volendo provedere detto Terzo di altro soggetto, che lo comandi in suo luogo, abbiamo eletto & depu-*

tiam, amoremque, & miserationem, in pau-

*putato & in virtù di questa nostra Lettera Patente eleggiamo & deputiamo per Maestro di Campo del Terzo nostro suddetto di quattromila fanti, voi Marchese Cosimo Riccardi, nostro Feudatario, con l'autorità, facoltà, preminenze, prerogative, stipendio, emolumenti, pesi, & obblighi soliti, & consueti, sapendo per prova quanto possiamo promettere della fede, del valore, della prudenza, & della vostra esperienza militare, rimostrata altra volta in Carica simile, & nel reiterato Governo, che nel medesimo stato havete sostenuto della nostra Cavalleria; Che però comandiamo alli nostri Generali & Capi di guerra che per tale & come tale vi riconoschino & trattino; alli Capitani, Ministri, Vfiziali, & Soldati del vostro Terzo, che vi rispettino & ubbidischino; al nostro Collaterale & Pagatore che vi corrispondino a' debiti tempi del vostro stipendio, per quanto ciascuno stima la gratia nostra & teme la nostra indignatione. In fede di che habbiamo sottoscritto di nostra mano la presente impressa del nostro solito Sigillo & contrassegnata dall' infrascritto nostro Segret. Dat. in Firenze a' 10. di Luglio 1636. &c.*

*Il Gran Duca di Tosc.*

*Lorenzo Vsimbardi Segretario.*

*Ferdinando Secondo Gran Duca di Toscana &c.*

*Volendo Noi aggiugner al nostro Esercito altro Sergente Generale di Battaglia, & convenendo a carica così principale importante far eleziona di*

pauperes praeseferat. Mense autem Decem-

*di suggetto, il quale oltre l'essere d' intera fede, di valore, & di prudenza, habbia ancora esperienza tale degli affari della guerra, che sia capace di ben comandare & ordinare in tutte l' occasioni, che possono succedere, quello, che è di suo uffizio; Noi che per prova sappiamo che tutte queste & honorate qualità concorrono nella persona di voi Marchese Cosimo Riccardi nostro Feudatario, come ne havete rimostrato gli effetti col travaglio di molti anni in Italia & fuori, in diverse occasioni & comandi principali, che havete sostenuto & al nostro servizio medesimo in carica & comando di Maestro di Campo, vi habbiamo eletto & deputato, & in virtù di questa nostra Lettera Patente vi eleggiamo & deputiamo per uno de' Sergenti Generali di Battaglia del nostro Esercito, con l' autorità, facoltà, preminenze, prerogative, stipendio, emolumenti, pesi, & obblighi soliti, & consueti, comandando al nostro Maestro di Campo Generale, alli Generali, & Capi di Guerra, & a qualunque altro Uffiziale maggiore & minore dell' Esercito, che per tale & come tale vi riconoschino, trattino, & ubbidischino respettivamente; & a' nostri Collaterali & Pagatori che vi corrispondino a' debiti tempi del vostro stipendio per quanto ciascuno stima la grazia nostra & teme la nostra indignazione. In fede di che habbiamo sottoscritto di nostra mano la presente, impressa del nostro solito Sigillo & contrassegnata dal nostro Segret. di Guerra. Dat. in Fir. li 24. Agosto 1643.*

*Il Gran Duca di Tosc.*

*Alessandro Nomi Segretario &c.*

cembri morbo laborare coepisse videtur, quare a *Vidone Vidio* Iuniore, Medico
20 ✠ per

*Ferdinando Secondo Gran Duca di Toscana.*

*Essendo passato all' altra vita il Marchese di Sant' Angelo Nostro Governatore di Livorno, e dovendo Noi perciò provedere per quella Carica in persona, che per inveterata esperienza militare, e per propria natural prudenza, possa supplire al governo della Piazza, & amministrazione della giustizia; E concorrendo in Voi, Marchese Cosimo Riccardi, abbondantemente tutte le parti necessarie, mediante la lunga esperienza mostrata in tante Cariche militari esercitate da Voi, non solo nell' esercizio attuale prima di Francia, e poi in quelli di Sua Maestà Cesarea, e di Spagna, ma nel Nostro ancora per due volte di Maestro di Campo d' Infanteria, e due di Governatore di 400. Cavalli, & ultimamente di Sergente Generale di Battaglia, con intera Nostra sodisfazione, e vostra lode; Vi habbiamo perciò eletto, e deputato, & in virtù di questa Nostra Lettera Patente, e di Nostra propria volontà, vi eleggiamo, e deputiamo per Governatore della sudetta Nostra Città di Livorno, e suo Capitanato, con l' autorità, facultà, preeminenze, e prerogative solite, e consuete. Et comandiamo perciò al Colonnello, Sergente Maggiore, Capitani, Offiziali, e soldati di detto Presidio, & ai Ministri di Giustizia, maggiori, e minori, & a i Ca-*

per ea tempora celebri, opportuna remedia quaesivit, sed incassum; nam vis mor-

*Castellani delle Torri, Guardie di Marina, e della bocca del Porto, sottoposte al detto Governo; Come ancora a' Gonfalonieri, e Rappresentanti la Comunità della sopradetta Nostra Città di Livorno, & a qualunque altro Magistrato, Offiziale, Ministro, e persona di essa, che per tale, e come tale, vi ricevino, onorino, trattino, & obbedischino, per quanto stimano la Nostra grazia, e temono la Nostra indignazione. In fede di che habbiamo firmato la presente di Nostra propria mano, impressa del Nostro solito Sigillo, e contrasegnata dall' infrascritto Nostro Segretario di Guerra. Data in Fiorenza questo dì 27. Marzo 1648.*

*Il Granduca di Tosc.*

*Per comandamento di S. A.*
*Domenico Pandolfini.*

*Cosmas* vero doctrinis etiam, & artibus liberalibus operam navavit, & poetica facultate excelluit, & cum *Cosma Boschalio* Professore Philosophiae Pisano Epistolicum commercium Latine exercuit, ut ex sequentibus Elegiis patet.

*Adm. Illustri D. Cosmo Riccardio, Elegia.*
*Se eius literis in suis maximis laboribus recreatum esse dicit, monetque ut beate vivat.*

*Quale, fatigatis patulae messoribus umbrae,*
*Cum Sol Herculei terga Leonis adit.*

*Qua-*

morbi praevaluit, & RICHARDVS, quum teſtamento codicillum adtexuiſſet, ad d. 20 ✠ 2 VII.

*Quale, madeſcentes pulchre pallentibus imbres*
*Floribus, aeſtivam cum ſitis urget humum.*
*Qualeque, ſi tandem ſpatioſa per aequora vectis*
*Adſpicitur patriae dulce repente ſolum.*
*Tale quidem tua, Coſme, mihi cultiſſima tandem*
*Dulcior Hyblaeo litera melle fuit.*
*O decus Amicorum, Soboles Riccardia, maior,*
*Quam noſtri valeant explicuiſſe modi.*
*O ſuperis dilecte, frui cui contigit uni*
*Corporis, atque animi, fortuitisque, bonis.*
*Divitias, validoſque tibi rerum arbiter artus,*
*Atque dedit claros, quos imiteris, avos;*
*Nec minus aeternis mentem virtutibus aptam,*
*Saeclaque quos mores priſca tuliſſe ferunt:*
*In terris igitur quicquid pulchrique bonique*
*Eſt bene diviſum pluribus, unus habes.*
*Quid voveat dulci nutricula maius alumno?*
*Quid magis optari per tua vota poteſt?*
*Quae tamen aſtrorum tribuit moderator, ab uno*
*Arbitrio perdi poſſe, monere, tuo.*
*O puer ardentem mox ingreſſure iuventam,*
*Accipe iudicio quae fugienda meo.*
*Alea divitias adimit, Venus improba cunctis*
*Invidet ingenii, corporeiſque, bonis.*
*Laeſa valetudo nulla eſt reparabilis arte,*
*Quid genus aegrotum, divitiaeque, iuvant?*
*Pharmaca quid ſapiant, quid amari pocula ſucci*
*Diſcitur, & miſero quod placet, omne nocet.*

*Dum*

VII. KL. Februarias anno MDCXII. in viae maioris aedibus, supremum diem pie,

*Dum licet, & proprio consistunt robore membra,*
*Noxia dicuntur quae tibi cumque cave.*
*Nec minus ut valeas animo curare memento;*
*Heu precium pars haec corpore maius habet.*
*Ne tibi, quae venit coelestibus advena regnis,*
*Induat hoc finito mens temerata lutum.*
*Quae deinceps dum vita manet sibi conscia sentit*
*Spicula? quos hamos corde latente premit?*
*Purpura sordescit, sordescunt sceptra, nec ullus*
*Est sapor in dapibus, nec manet ulla quies.*
*Impia cervici pendentia tela minantur;*
*Nec locus aut sedes ulla timore vacat.*
*O utinam possem testis non esse, nec esset*
*Qui mea, ceu Titii viscera, Vultur edit.*
*Perdius, & pernox quantis cruciatibus uror?*
*Discito ab exemplis cautior esse meis.*
*Cognita iamdudum nobis tua maxima virtus*
*Digna est quam laudem; non monitoris eget.*
*Scribere plura libet, sed non sunt otia nobis:*
*Sunt fateor vacuae carmina mentis opus.*
*Forsitan & nostro scriberis carmine quondam,*
*Nunc habeat finem litera nostra. Vale.*

*Ad Cosmam Boscaglium Cosmi Riccardii*
*Elegia.*

*Dum sophiae retegis studiosae arcana iuventae,*
*Naturae magnum dum specularis opus;*
*Dulcia, Boscagli, vatum, fandique lepores,*
*Et lepida historici nos brevitate tenent.*

*Nunc*

pie, religioseque, obivit, quinque viris Deo sacris usque adsistentibus, & aeter-



*Nunc pater eloquii, qua polleat arte disertus,*
*Nunc mihi monstrat opus, Quintiliane, tuum.*
*Discere quos gessit bellatrix Roma triumphos;*
*Discere quae mendax Graecia finxit, amo.*
*Iam Maro quae silvis lusit, quae rura colentes*
*Edocuit, qualem finxerit arte ducem,*
*Legimus, & docti nunquam peritura Lucreti,*
*Quaeque Epicureo carmina felle madent,*
*Et concurrentes in mutua vulnera fratres,*
*Et septem portas sub duce quamque suo.*
*Quae dedit Emathios civili imbutus Erynni*
*Funera per campos hinc gener, inde socer,*
*Vidimus & quanta numerosus Horatius arte*
*Percutit Ausoniae fila canora lyrae.*
*Non me mutatae ter quinque volumina formae,*
*Non Elegi, Naso, praeteriere tui.*
*Nos maiora vocant: studium puerile tot annis*
*Hactenus ignavos detinuisse pudet.*
*Cecropiis sitio latices de fontibus haustos;*
*Non quos alipedis ungula fecit equi.*
*Quicquid Aristocles humeris Plato dictus ab amplis,*
*Quod Samius scripsit, Nicomachoque satus.*
*Quos Academiae, quos docta habuere Lycea,*
*Quos habuit magnos Stoica secta, viros.*
*Tu mihi, Boscagli, totas recludere Athenas,*
*Et quae sensa latent enucleare, vales.*
*Ingenium Pisana tuum gymnasia iactant,*
*Cedere nec priscis saecula nostra sinis.*

nam requiem eius manibus ab Dei misericordis numine comprecantibus. RICHARDI

Mortuus autem est *Cosmas* anno MDCIL. annos natus XLVIII. & eius cadaver Labrone, Florentiam translatum in D. *Pancratii* more maiorum sepultum fuit: Epitaphium eius tumulo inscribendum est quod sequitur:

*D. O. M.*

*Cosmo Riccardio Marchioni Rivalti, qui ab adolescentia militiae strenuam operam navavit tum in Gallia tum in Germania ubi etiam intervenit ei praelio, quo Svecorum Rex Gustavus periit: Paullo post a Magno Duce Ferdinando II. peditum legioni, deinde quatuor equitum cohortibus, ac denique quatuor peditum millibus praefectus, eam sibi in Mediolanensi Ducatu, quo fuerat missus, bellicae virtutis famam adseruit, ut a Philippo IV. Catholico Rege nova honorum auctoramenta retulerit. Cum vero ab ipso naturali Principe ob domesticum bellum esset in patriam revocatus, maior militum Tribunus, supremusque copiarum Instructor designatur, eademque domi qua foris felicitate militavit. At cum Civitatis & Portus Liburni armorum & iustitiae regimen subscipere iussus esset, vitae ac militiae brevi finem imposuit, aetatis anno XLVIII. magno suorum & bonorum omnium moerore.*

*Marchio Franciscus optimo atque optatissimo Patri, quem vix natus amisit, gemebundus hoc monumentum posuit A. MDCLXXVII.*

No-

di pietatis monumenta plura, praeter cetera, inter eius scripta habemus; ut iam indicavimus; & nunc commemorare lubet de Passione D. N. *Iesu Christi* orationem (1). In D. *Pancratii*, suorumque maiorum monumenta elatus est, & tumulatus; *Gabrielque Chiabrera* amici mor-



Nolim autem aliquem credere, ita primum honorificum Marchionum titulum a *Cosma* & *Gabriele* quaesitum fuisse, ut similia decora a *Richardo* insuper habita & neglecta penitus fuerint; quum in Tabulario Richardiano exstet supplex libellus a *Richardo* Magno Duci porrectus, quo petit sibi tradi in beneficium Arcem Montis Pedioli, iuxta confinia ditionis Pontificiae non procul ab Heliopoli situm, iam prope desertam ac ruinosam, iterum in eam habitatores, & mercaturam percommodam inducere pollicens, impensamque omnem ad id efficiendum erogare.

(1) Exstat in Codice Richardiano *Plutei R. Ord. II. Num. I.* Huius Orationis initium habet: *Trema il core, stupisce l' intelletto, stordisce la lingua, a pensare, a capire, a profferere, tanta miseria, tanta calamità, tanta rovina, quanta mi si rappresenta pur ora davanti egli occhi, in vedere non un vile e mortale uomo, ma l' onnipotente immortale Dio; non un ingiusto e peccatore, ma la stessa purità e giustizia patire ec.*

te perculſus, carmen fudit (1), & RICHARDO epitaphium cecinit, quod Latine ita ſonat.

*Richardo mihi nomen erat, Florentia mater*
*Edidit in dias pulcerrima luminis oras:*
*Divitiis opulentus eram, nec fida ſatelles*
*Idcirco e noſtro deceſſit pectore virtus.*
*Hinc moeſtus nemo lacrumis mea funera faxit.*

At RICHARDI laudes modo quodam praeſtabiliore perſonabat moeſtiſſima inopum turba, quem tamquam patrem miſericordem ac liberalem reſpiciebat, atque experiebatur. Hanc vero ille a ſe dilectam etiam ſecundum obitum opibus iuvare voluit, rebuſque egenis ſuccurrere, quum ipſa die, qua fato functus eſt, ex eius teſtamento mille argentei pauperibus diſtributi fuerint; & multos annos librae

XXXV.

(1) Illud Italica primigenia lingua ita habet, *Tomo II. Carminum Chiabrerae* editionis Romanae *pag.* 283.

*Per il Sig. Riccardo Riccardi.*
*Mio nome fu Riccardo, e gli occhi aperſi*
*In grembo alla belliſſima Firenze,*
*Abbondai di ricchezza, e non pertanto*
*Giammai da me ſi ſcompagnò valore;*
*Però non ſia chi di mia morte pianga.*

XXXV, ſingulis hebdomadibus datae ſint hominibus miſeris & calamitoſis, qui in Vallefunda iuxta RICHARDI hortos habitabant, quibusque, dum vita manebat, quotidie aliquid largiebatur, ad hortos amoeniſſimos remittendi animi gratia diverteus. Vixit igitur RICHARDVS etiam poſt obitum, vivitque adhuc in hominum memoria: nec eius eruditae lucubrationes leguntur; nec tot veneranda doctae antiquitatis monumenta ab eo collecta ſpectantur (1); nec tot inſignes codices manuſcripti (2) ab eo comparati ſubſpiciuntur; nec tot volumina typis excuſa evoluuntur (3), nec tot egre-

gie

(1) Ea ſunt ſimulacra, protomae, & anaglypha marmorea; vetuſta epigrammata & epitaphia; numiſmata, gemmae ſcalptae diverſi generis, quarum ingentem numerum, qui ad MCCCCXVI. adſcenderet, olim habuiſſe in ſynchronis monumentis Richardianis invenio; vaſa pretioſa, & lapides, marmoraque multiiuga; quae adhuc in aedibus Richardianis, hortis, villiſque, adſervantur.

(2) Ad mille trecentos & quod excurrit adſcendunt, Ebraici, Graeci, Latini, Italici, Gallici, Provinciales, Hiſpani &c. quorum Catalogum publici iuris facere iam adgreſſus ſum.

(3) Catalogus librorum formis excuſorum, quos reliquit *Richardus*, habetur adhuc, exſtat que in ſuae gentis Bibliotheca.

gie ab eo facta, & sapienter dicta, animo revoluuntur; nec Scriptores, qui eius perhonorifice meminerunt, lectitantur; quin pariter in mortalium animis, & laude, & admiratione, RICHARDVS adhuc vivere, & superesse, videatur. Vivit adhuc & superest in famosis superbisque posterorum suorum aedibus, quas *Gabriel*, *Francisci* Senatoris F. vir domi forisque clarissimus, a *Mediceis* Principibus anno MDCLIX. emit, & ampliavit (1); amplianſque iterum absolvit, & sumtu immodico exornavit *Franciscus Cosmae* F. non tam generis claritate, titulis, & honoribus, quam virtute & magnificentia eminentissimus (2): sive enim in Bi-

(1) Vide superius *pag.* CCLXXIII.

(2) Hic apte referenda est Inscriptio, quae a V. Cl. *Ant. Maria Salvinio* perfecta, in Cavaedii pariete marmore incisa legitur:

*Hospes*

*Aedes cernis fama celeberrimas. pulcherrimas atque magnificas. a Cosmo Medice Patre Patriae. Michelozio Architecto erectas A. S. plus minus MCCCCXXX. in quibus magnus ille senex successoresque sui in R. P. Florentina Principes, & Alexander Dux R. P. Flor. Petrus Medices Cosmi I. tertius filius habitarunt. hic a Senatu Florentino Cosmus Medices Dux Florentiae plenis*

CCCVII

Bibliothecam ingrediaris, praestantiora volumina RICHARDUS adquisivit; sive Mu-

seum

*nis liberisque suffragiis creatus ad quinque annos sedem suam ac regiam habuit . captivos Montis Murli victoriae testes vidit . nuptias celebravit . regiam stirpem feliciter hodie regnantem fundavit . variis temporibus Romani Pontifices . Romani Imperatores . Reges . Reginae . aliique Principes . innumerique proceres hospitio excepti . Leo X. P. M. in itu Bononiam reditusque Carolus V. Imperat. cui Oratores Tunetani Regis hic solenne tributum solverunt . Carolus VIII. Galliarum Rex . Carlota Cypri Regina . Thomae Regis filia . Fridericus Princeps Salerni . Ferrandi Regis Neapolitani filius & Maria Hippolyta Dux Calabriae . Galeatius Maria Sfortia Mediolani Dux . hic litterae Latinae Graecaeque restauratae . mutae artes excultae . Platonica Philosophia restituta . Academia Florentina a Cosmo I. vernaculae Etruscae linguae cultui sacrata . semper hi parietes columnaeque eruditis vocibus resonuerunt . aedes hasce . tantae gloriae vix capaces . Gabriel Chiauni & Rivalti Marchio . Senatoris Francisci Riccardi F. a Ferdinando II. M. E. D. A. MDCLVIIII. comparatas . in postica parte auxit . Franciscus Marchio . Cosmi Marchionis F. Gabrielis supradicti ex fratre N. & heres . vetustam aedium magnificentiam aemulatus . illas sacello sacris reliquiis referto . bibliotheca . museo . signis . scalptis caelatisque gemmis . veteribus numis . anaglyphis . picturis instructas . intus forisque duplo amplicavit . veterem partem in meliorem formam redegit . ornavit . ornat . A. MDCCXV.*

ſeum luſtres, cimelia pretioſiſſima RICHARDVS congeſſit; ſive tabulas ab artificibus excellentibus pictas circumundique ſubſpicias, RICHARDVS comparavit; ſive in ipſo domus cavaedio, porticibuſque conſiſtas, antiquis eae Graecis Latinisque epigrammatis, ſimulacris, protomis, anaglyphis, a RICHARDO quaeſitis exornantur (1). Hinc & illa

*Hoſpes*
*Mediceas olim aedes . in quibus non ſolum tot principes viri . ſed & ſapientia ipſa habitavit . aedes omnis eruditionis . quae hic revixit . nutrices . nunc etiam ad eruditum luxum antiquitatis & elegantiarum theſaurum . gratus venerare .*

(1) Hac occaſione idem *Ant. Mar. Salvinius* ille famigeratus Epigramma Italicum *Franciſco Riccardio* Marchioni inſcriptum meditatus eſt, quod adhuc in ſua Bibliotheca adſervatur, *Pluteo S. Ordine I. Numero I.* atque ita habet.

*All' Illuſtriſſ. Sig. March. Franceſco Riccardi Maggiordomo Maggiore, Vicecavallerizzo, e del Conſiglio di Stato di S. A. R. per l' adornamento delle Antichità poſte nel Cortile del ſuo Palazzo.*
*Sonetto.*

*Franceſco onore della noſtra etate,*
*E dei poſteri ancor lume, e teſoro,*
*Non ſta nell' arche tue inutil l' oro,*
*Ma fuor lo ſpargi in favie guiſe, e grate.*

*D' am-*

illa a praeſtantiſſimo *Ant. Mar. Salvinio* elaborata Inſcriptio iure merito ibidem adpoſita.

*Collecta a Riccardo Ioannis F. Riccardi*
*Omnium elegantiarum arbitro*
*A. S. MDC.*
*Veterum monumentorum ſupellex*
*Ab urbanis vallis profundae hortis*
*Ad fovenda*
*Haec venerandae antiquitatis ſtudia*
*Huc opportune translata.*

Nam ille idem *Franciſcus* (1) magnanimus, quum tot tantaque eruditionis, & magnificentiae RICHARDI, adgnati ſui, mo-

*D' ampio cortil le mura hai tu ſegnate*
*Di bell' orme degli uomini, che già foro;*
*E Grecia, e Lazio in accordato coro*
*Fan ſin parlar le coſe inanimate.*
*Degno penſier di chi non ſol diſpenſa*
*Grazie a man piene a i popoli preſenti,*
*Ma di giovare anco a i futuri penſa.*
*A gloria tua, quà terran gli occhi intenti*
*Spirti gentili colla mente accenſa,*
*E a ſtuolo a ſtuol verran le dotte genti.*

(1) *Franciſcus* hic *Richardius*, non ob opulentiam tantum, magnificentiam, liberalitatemque, admirandus eſt; verum etiam ob acre ingenium & perſpicax, & ob abſtruſiorem doctrinam, intimaeque Philoſophiae cognitionem,

monumenta plurimi iure optimo faceret, ea non tam iacere, quam latere, in hortis Valfundianis indignatus, digna, quibus collocarentur, receptacula in amplif-

nem; modo ipse, ut revera sua manu scripsit, proprio etiam marte commentatus est ea, quae ex penitioribus Democriti dogmatis hausta, geometrica atque mirabili methodo digessit in Codice Richardiano *XXIX. Pluteo R. Ordine IV.* Obiit hic anno MDCCXVIII. & in D *Pancratii* sepultus est, eiusque sepulcro marmoreo Protome ex eodem lapide imposita est, cum insequenti Epitaphio ab *Ant. Mar. Salvinio* composito.

*D. O. M.*

*Franciscus Riccardius. Chianni. & Rivalti Marchio. Cosmi Marchionis F. regiae domui. regis stabulis Praefectus. summae rei a consiliis. in bonarum artium studiis prima vitae fundamenta iecit. mores hominum multorum vidit & urbes. Legationibus Viennae Austriae & Romae obitis clarus. prudentia. gravitate. magnificentia ubique insignis. summis atque infimis carus. Christiana divitibus condita lege. erga pauperes munificentissimus. avita decora virtutum suarum splendore illustravit. auxit. pietati. Principi. bono publico. honestis studiis intentus. nullum temporis spatium vacuum abire permisit. Obiit summo omnium moerore Prid. K. Mart. A. S. M. DCC. XVIII. aet. suae LXXI.*

*Cosmus Marchio. Francisci ex Cassandra Capponia Marchione F. moestissimus Patri optimo posuit.*

plissimo palatio sapienter excogitavit, & splendide molitus est. Hinc, quum RICHARDI testamento, quo illa omnia ornamenta hortis dilectissimis addixerat, principali auctoritate derogasset, in suas hasce aedes transtulit (1), in quibus Bibliothecam (2) etiam & Museum auro, marmoribus,

bus,

(1) Epigraphe eodem *Salvinio* auctore in atrio supra portam adposita est, quae ita habet:

*Cosmo III.*
*Mag. Etr. Duce auctore & auspice*
*Franciscus Marcb. Riccardius*
*Consil.o & instinctu suo*
*Pretiosas antiquitatis eruditae reliquias*
*Hoc in atrio & aliis aedium harum locis disposuit*
*Tum civium tum exterorum commodo & utilitati*
*A. S. MDCCXVIII. aetatis suae XXIXC.*

(2) Sciendum tamen est, in Bibliotheca Richardiana non libros tantum contineri, seu manu exaratos, seu formis excusos, quos *Richardus* olim comparaverat; sed volumina etiam, quae ex hereditate *Vincentii*, *Bernardini* F. *Ludovici* N. *Capponii*, Marchionis & Senatoris litteratissimi Florentini, ad *Cassandram* eius filiam, *Francisci Richardii* Marchionis uxorem, pervenerunt; qua de re in Notitiis Academiae Florentinae ita scriptum est: *Pervenuto finalmente alla vecchiaia, passò da questa all' altra vita il dì . . Settembre* 1688. *e fu sepolto nella Chiesa*

*di*

bus, plasticis caelaturis, picturis *Lucae Iordani* (1) exquisitissimis, affabre & magnifice variata, luxu incredibili dedicavit.

*di Santa Felicita di Firenze nella Tomba de' suoi Maggiori. Erede universale delle sue sostanze fu la Marchesa Cassandra sua figliuola, moglie del Marchese Francesco Riccardi. Dopo la di lui morte, fu quella Libreria, da esso accumulata, condotta al maestoso Palagio del Genero, e riposta in ampia stanza, e riguardevole per i candidi stucchi, e aurei fregi, e vaghe immagini a fresco dipinte, e lavorate dal maraviglioso ed impareggiabile Luca Giordano, secondo la invenzione del Senatore Alessandro Segni nostro Accademico. Nella principal facciata di detta stanza si mira in marmo scolpita al naturale la di lui Effigie da Gio. Battista Foggini insigne Scultore, ed Architetto della nostra Città, e sopra di essa a caratteri d'oro delineata la seguente Iscrizione.*

*Vincentio Capponi Senatori Florentino.*
*Qui ut avitam nobilitatem virtutum splendore*
*Et scientiarum claritudine illustraret*
*Hanc ingentem librorum copiam*
*Erudito luxu comparavit*
*Cassandra Filia heres ex asse*
*Franciscus Riccardi Gener*
*Grati animi & amoris monumentum*
*Posuere.*

(1) *Lucae Iordani* Vitam recens scriptam habes post Vitas Pictorum *Io. Petri Bellorii*, editas Romae anno MDCCXXVIII. in qua Vita de picturis Bibliothecae & Musei Richardiani agitur.

ANI-

# ANIMADVERSIONES
## IN
# RICHARDI
## RICHARDI
## VITAM.

PAg. I. *Ex Constantia, Alemanni F. Bernarnardi N. Medicea &c. Alemannus, Bernardi F. Alemanni N. Mediceus*, natus est anno MDI. creatus Senator MDLXXII. *Senatorista Florent.*

— *cum Francisco, Iulio, & Bernardo &c. Iulius* infans eodem anno MDLIII. natus & mortuus est; *Bernardus* autem ortus est anno insequenti. *Ex Monumentis Richardianis.*

— *aliisque liberis &c.* veluti *Comitissa*, quae nupta est *Andreae Minerbettio*, de qua egimus *pag.* 258. 259. 260. 290.

Pag. IV. *Caregis &c.* Villae Caregis meminit *Io. Villanius Lib. IX. Cap. CCCXVI. Mars. Ficinus* in *Commentario in Convivium Platonis;* & de ea agit *Ioseph. Blanchinius* in *Sermonibus De Magnis Etruriae Ducibus*. Non unus *Campus Regis* prope Florentiam fuisse videtur, nam in Via Sancti Galli, quae nunc

Intra Florentiae ambitum continetur *Campus Regis* erat, ut videre est in Instrumento producto a *Mannio Tomo V. Sigillorum pag.* 10. Campi Regis in Curte Florentina est mentio in Epistola *Attonis* Episcopi Florentini apud *V.bellum*, & in Diplomate *Cunradi* Imperatoris apud eumdem Historicum, aliisque antiquis Chartis. Ipse putaverim huiusmodi Campos ita dictos quod ad Regem seu Imperatorem immediate pertinerent, sicut *Pratum Regis*, in Chartis citat s; *Mons Regis* ad Florentiam, qui & *Mons Florentinus* dictus est, in quo D. Mineatis Basilica; *Mons Regis* ad Faesulas, vulgo *Monte Reggi*, cuius mentio in Chartis *Paschalis II.* & *Innocentii II.* apud *Vghellum* laudatum.

Pag. VIII. *Bartolomaeam &c.* Haec nupsit *Carolo Philippi F. Francischio*, ut ex *Lib. III. Dotium* in Archivo Gabellarum *pag.* 84. constat.

— *Mariam Magdalenam &c.* Haec in primis votis nupsit *Simoni Matthaei F. Bottio*, & in secundis anno MCCCCLXXXIX. *Hieronymo G ni F. Capponio*.

— *Franciscam &c.* Haec anno MCCCCXCV. in Parthenone D. *Bernardi* Pisis, sacrum velum subscepit.

— *Dianoram &c.* Haec nupsit *Marco Marchio* anno MDIII.

Pag. IX. *Obiit anno Domini MCCCCXVII. &c.* in Villa Salettae, die V. Septembris, quum testamentum die XXIX. Augusti condidisset

Pag. XVII. *Ioannes a Falgano &c.* De hoc

hoc quaedam habes in *Notitiis Academiae Florentinae pag.* 253. & in *Fastis Consularibus eiusdem Academiae pag.* 238. *Dionysii Longini* interpretationem Italicam MS. ab eo elaboratam servat Bibliotheca Magliabechiana.

Pag. XIX. *Laur. Priulus &c.* Hic postea Cardinalis S. R. Ecclesiae creatus est; de quo agunt *Iac. Aug. Thuanus* ad annum MDC. *Alph. Ciacconius* in *Vit. Pont. & Card.n.* & *Io. Palatius* in *Fastis Cardinalium* Tom. III. *pag.* 721. huiusque legationis meminerunt.

Pag. XXI. *Nanninam Oricellariam &c.* Huius pater fuit *Petrus Francisci F. Oricellarius*; mater autem *Nannina Antonii F. Ioannis N. Iunia*.

Pag. XXII. *Iacobus videlicet &c.* Hic natus est anno MDX.

Pag. XXIII. *in D. Pancratii &c.* Antiquitus *Richardii* in Quartario S. *Ioannis* habitabant, anno scilicet MCCCLXVI. in Populo S. *Laurentii*, in quo exsistebant etiam anno MCCCCXLVI. ut constat ex *Codice Richardiano XLV. Pluteo R. Ordine II.* Eos habitasse in Populo S. *Laurentii* etiam anno MCCCCXXX. quando *Nicolosa Anichini* uxor, mortua est, patet ex eius testamento, cuius pars adservatur in Archivo D. *Laurentii*.

Pag. XXVIII. *de qua Ioannem genuit &c.* Hic *Ioannes Medices* natus est anno MDLXVII. mortuus autem est ann. MDCXX. Consulatur *Biscionius* in *Vita Laschae*, seu *Ant. Franc. Grazinii*, praefixa eius Carminibus *pag.* XXV. XXVI. Princeps fuit strenuus & eru-

ditus; eiusque Perspectiva MS. est in *Codice Richardiano XXXI. Plut. R. Ord. III.* Multa de eo passim memoriae prodidimus.

— *Qui per haec tempora Poeseos studium &c.* Isthuc ipsum indicat *Richardus* in sua Ode, quae producitur *pag.* CLXIV. ubi canit:

*Che il furor primo spento*
*Dopo sei lustri or riufiammarne sento.*

Pag. XXXVII *Hieronymum Baccellium &c.* De hoc agit V. Cl. *Salvinius* in *Fastis Consularibus Academiae Florentinae pag.* 109. *Nigrius* in *Scriptoribus Florentinis.*

Pag. XLII. *quumque illa Archetypa sint &c.* Quum Archetypa dicimus, haud αὐτόγραφα intelligimus; sed exemplaria Auctoris iussu descripta, quibus ipse Auctor in emendando usus est; quod semel dictum sufficiat.

Pag. XLIX *Epistola a Rodulpho hoc scripta &c. Rodulphus* hic obiit anno MDXXVII. *Adamantia* uxore superstite.

— *Gregorius Gberius &c. Alfonsinae Vrsinae &c.* De hoc *Gregorio*, & de *Alfonsina Vrsinia*, multa habet *Barptolem. Cerretanius* in Summario suae Historiae MS. quod adservatur in Bibliotheca Richardiana, *Cod. XXXIV. Plut. Q. Ord. IV.*

Pag. L. *e a Pisa ec.* Richardios Pisas migrasse ante annum MCCCCXIV. colligitur ex *Codice MS. Richardiano N. XXXXV. Plut. R. n. I.*

Pag. LI. *exsul mortuus fuerat &c. Alexander* hic natus erat anno MDXX.

Pag.

Pag. LII. *in potere dello Sforza ec.* Observandum est, *Firmum* in rebellione persitisse etiam post *Sfortiae* dominatum, ut luculenter indicat *Nicol. Machiavellus* in suo *Principe*.

Pag. LIV. *dello Sprone d' oro &c.* De hoc Ordine Militari agunt *Elothus* in *Historia Religionum Tom.* VIII. & *Farullius* in *Historia Arretina pag.* 116. aliique.

— *Non sapendo allora di qual Ordine di Cavalleria fosse &c.* Id totum delendum est.

— *Messer Piero Alamanni &c.* Hunc, quum Romae Orator Florentinorum esset, scripsit anno MCCCCXCI. *Laurentius Medices*, & Epistola exstat in Codice MS. Richardiano *XI.* & *XX. Plut. Q. Ord. IV.*

Pag. LXII. *anno MCXCIV. &c.* corrige: *Anno MDXCIV.*

Pag. LIII. *Davanzatius &c. Bernardus* scilicet, de quo agitur in *Notitiis Academiae Florentinae pag.* 38. praeter *Iulium Nigrium.*

Pag. LXV. *Cardinalis Palatium suum &c.* de hoc vide *Blanchinium* laudatum *pag.* 70.

Pag. LXVI. *cui Philippo nomen &c.* Hunc natum esse anno MDLXXVI scribit *Biscionius* in *Adnotationibus* ad *Carmina Laschae*; sed *Philippus Baldinuccius* in *Vita Bontalentii* ait, baptissatum fuisse ann. MDLXXV. quare oportet, ut anno saltem hoc natus esset. In lucem editus est die XX. Maii & ex laetitia Magnus Dux Florentinos omnes conviviis publicis excepit, positis mensis in Via lata ante Palatium Mediceum, in quo *Petrus Cosmae I. Fil. Medices* natu minimus

 ha-

habitabat; ut memoriae prodidit *Rodulphius Lib. II. pag.* 137.

Pag. LXXV. *An vero Richardus reipsa &c.* Ex Epistolis iussu Magni Ducis anno MDLXXVIII. scriptis, & in eius Archivo adservatis, intelligitur, usque iam ab Iulio mense eius Oratorem Constantinopoli *Iausiliactium* fuisse, & mense Octobri adhuc ibidem continuisse, commercii restituendi potius, quam pacis sanciendae, curam agentem.

Pag LXXVII. *Marium Sfortiam &c.* Num hic, qui *Eleonoram Ursiniam* uxorem duxit? pro cuius nuptiis Ode *Octavii Rinuccinii* exstat in Codice Richardiano II. *Plut. S. Ord. I.*

— *Ioannes autem Medices &c.* Vereor ne id verum non sit, quamquam *Farullius* in *Historia Arretina* illud memoriae prodidit. Nam nec in litteris Veneti Senatus memoratur, nec *Cosm. Baroncellius* de *Io. Medice* agens, hanc eius legationem recenset.

Pag. LXXXIV. *Part. II. Fabula XXXIV. &c.* lege: *Part II. Fabula XXIV.*

Pag. LXXXVII. *huius pater Iacobus &c.* Hic *Iacobus* natus erat anno MDX.

— *Petrum Stufam &c.* Huius *Petri* mentio occurrit in *Vita Benvenuti Cellinii pag.* 317.

— *qui a Furfure nomen habet &c.* De huius Coetus origine consule *Biscionium* in *Vita Lascbae pag. XLV. XLVII. & seqq. Blanchinium pag.* 189. *De Magnis Etruriae Ducibus. Salvinium in Fastis Consularibus pag.* 109. 180.

Pag.

Pag. LXXXVIII. *acerba morte raptus est &c* Die XXIX. Martii. Hoc eodem anno *Blancae* Principi D'ssertatio de Alicorno *Andreae Baccii* dicata est, ut ex *Par. II. Carminum Laschae pag.* 333. constat; quo pariter anno Coenobitae Minimi eiusdem *Blancae* rogatu Ecclesiam D. *Iosephi* a Sodalibus huius nominis utendam fruendam obtinent.

Pag. LXXXXI. *Carolus Oricellarius &c.* De hoc *Carolo* consulantur *Notitiae Academiae Florentinae pag.* 247.

Pag. LXXXXIV. *Octavius Rinuccinius &c.* De hoc agunt, praeter *Nigrium*, *Notitiae Academ. Florentin. pag.* 358 *Ian. Nic.us Erythraeus* in *Pinacotheca*, *Phil. Baldinuccius* in *Vita Bontalentii*.

Pag. LXXXXV. *opera Vidi Vidii &c.* De *Vido Vidio* agit *Salvinius* in *Fastis Consularibus pag.* 115.

— *Petrus Victorius* . . . . *vita defunctus sit &c.* *Iacob. August. Thuanus* in *Historia*, mortem *Petri Victorii* anno MDLXXXV. XIV. KL. Ianuarias consignat, ideoque ubi legitur anno MDLXXXVI. restituendum MDLXXXV.

— *Antonius Benivenius &c.* De hoc in *Fastis Consularibus* Cl. *Salvinii* agitur.

Pag. XCVI. linea ultima lege: *impotenti Blancae*.

Pag. C. *Alexander Appianus &c.* Hic circa annum MDCV. naturae concessisse videtur, eique succ ssit *Carolus Appianus*, ut colligitur ex Vita *Ferdinandi I.* Magni Ducis MS. in Codice Richardiano *pag.* 56. 57.

Pag. CI *Mortis Catharinae Mediceae &c.* In eius obitu Orationem Florentiae in Academia Florentina habuit *Ioannes Rondinellius*. Vide *Notitias Acad. Florentin. pag.* 211.

— *Nuptias cum Christiana &c.* De his nuptiis agitur in Vita *Ferdinandi I.* MS. in Codice Richardiano *pag.* 28.

Pag. CIII. *Laurentio Vaianio de Sciorina &c.* De hoc Pictore agit *Phil. Baldinuccius Part. III. Saecul. IV. Decennal I. pag.* 172. & *Georg. Vasarius* in *Vita Michaelis Angeli pag.* 788.

Pag. CIV. *Philippi Saxetti mortem &c.* Huius *Saxetti* epitaphium habes in *Fastis Consularibus Academiae Florentinae* in *Bernardino Nerettio*, ubi traditur, epicedium dixisse *Aloisium Alamannium*, quod in *Volum. I. Prosarum Florentinarum* habetur. De eo agunt etiam *Notitiae Academ. Florentin. pag.* 250. & *Iul. Nigrius*; & Auctor Praefationis *Tom. III. Par. IV. Prosarum Florentinarum*; in qua Parte multae *Saxetti* Epistolae publici iuris fiunt.

Pag. CV. *Epistola Iuliani Bandinellii &c. Iul. Bandinellius* Sacerdos, *Francisco Richardio* Marchioni, ab Epistulis fuit. In Codicibus MSS. Richardianis I. & II. *Pluteo S. Ord. I.* sunt Epigrammata Italica ei inscripta.

Pag CVI. *& Gedanum praecipue &c.* consulendum inferius *pagin.* CCLXXXII. CCLXXXIX.

— *Io. Vict. Soderinius &c.* De hoc agit *Ammiratus* in *Familiis pag.* 133. & *Iul. Nigrius*.

Pag.

Pag. CX. *Ioannis Medicei &c. Ioannes Stradinus* res gestas militiae ab hoc *Ioanne*, in libro delineavit omnes, ut scribit *Phil. Baldinuccius* in *Vita Stradini pag.* 1420

— *Rodulpho Pio Meldulae Comite &c.* Lege: *Medulae*. Est autem Medula arx, nunc diruta, in ditione montana Mutinensi. De ea *Supplementum Ephemerid. Venetar. Tom. II. pag.* 286.

Pag. CXI. *arce in tumulo constructa &c.* De hac *Baldinuccius* in *Vita Bernardi Bontalentii*; & *Blanchinius* saepe citatus *pag.* 67.

— *Cui nomen Constantiae &c.* Haec esse videtur illa, quae adsumto *Mariae Magdalenae* nomine Sanctimonialis facta est in Parthenone *S. Mariae Angelorum* in Burgo Sancti Frigidiani Florentiae, ut colligitur ex Codice Richardiano XXXXV. *Plut. R. Ord. I.*

Pag. CXIII. *Carolus Casalius &c.* Huius Vita habetur in Codice Richardiano XIV. *Pluteo R Ord. II.*

— *Marium Sfortiam &c.* De hoc vide superius *pag.* 77. 79. 81. 82. 113. 318. & *Scip. Ammiratum Tom. III. Opusculorum pag.* 504.

Pag. CXIV. *Bussettus quidam &c. Iac. Aug. Thuanus* Baussetum scribit.

— *Castellum Isi &c.* Hic scopulus ita dictus est a copia Taxorum arborum, quae ibi nascitur; Gallice enim Taxus *If* nuncupatur. Quare *Castrum Taxianum* vocat *Baudrandus* in *Lexico Geographico*.

Pag. CXIX. *Ducem Guisium &c. Henricus* Dux Guisius hic est, quo de agitur *pag.* CLVIII.

— *in*

— *in Epistola ad eamdem Principem &c.* Haec habetur *Tom. II. Opusculorum Ammirati pag.* 469.

Pag. CXXI. *fratrem suum Bernardum &c.* Hic *Bernardus* natus est anno MDLIV.

— *in Pratolini Villa &c.* De hac Villa agunt *Baldinuccius* in *Vita Bernardi Bontalentii*, *Farullius* in *Hist. Arretina pag.* 161. *Blanchinius De Magnis Etruriae Ducibus*, *Gamurrinius Tom. II. Histor. Genealogicae pag.* 58.

Pag. CXXII. *Francisco Guicciardinio suo apud Philippum II. &c.* Mandata a Magno Duce *Guicciardinio*, quum eum in Hispaniam ablegavit, data, sunt in Codice Richardiano XIV. *Pluteo R. Ord I.*

Pag. CXXIII. *Pactius ille est eques &c. Pactii* huius Elogium in *Pinacotheca Erythraei* habetur.

Pag. CXXV. *Annon saeculo XV. Medicei Proceres &c.* De antiquis Monumentis a Mediceis Proceribus atque Principibus antiquitus comparatis consulendi sunt, *Bernardus Oricellarius*, *De Bello Pisano pag.* 52. 53. edit. Florent. anno MDCCXXXIII. *Benedictus Varchius* in *Historia Florentina*; ubi de *Alexandri Medicei* Florentini Ducis caede agit; *Ascanius Condivius* in *Vita Michaelis Angeli Bonarotae* §. VII. & VIII. cum Adnotationibus V. Cl. *Ant. Franc. Gorii*; *Phil. B ldinuccius Par. III. Saecul. IV. Decennal. I. pag.* 174. *Vit. Pictorum*; *Ioseph. Blanchinius De Magnis Etruriae Ducibus* in *Cosmo I.* & *Ferdinando I.*

— *Ni-*

— *Nicol. Gaddius &c.* Hunc *Gaddum*, eiusque Museum, laudibus tulit *Scipio Ammiratus Tom. II. Opuscul. pag.* 506. & gentilis eius *Iacobus Gaddius* in *Elogio pag.* 54. 56.

— *prehibent &c.* lege *perhibent*.

Pag. CXXVII. *Ioannes Angeli Cardinalis F. &c.* De hoc *Ioanne Nicolinio* agunt *Catalogus Senatorum Florentinorum*; *Iac. Gaddius* in *Elogiis pag.* 88. *Gamurrinius Tom II. Histor. Genealog.* *Auctor Vitae Lucae Iordani Pictoris*; *Iulius Nigrius De Scriptoribus Florentinis*.

— *Casalii tyrannidem &c.* De hac agit etiam *Iacob. August. Thuanus* ad annum MDXCVI.

Pag CXXVIII. *Placidium Equitem &c.* Videtur hic ille, quo de agitur *pag.* 250.

Pag. CXXXII. *Quum enim Margaritam Valesiam &c.* Hoc divortium tractari coepit anno MDIC. ut tradit *Thuanus*. Haec igitur intelligi debent dicta διὰ πρ:λη↓εω:.

— *Laelii Taurellii Iuris Consulti &c.* De hoc celebri viro Fanensi agitur in *Fastis Consularibus Academiae Florentinae pag.* 103. 130. De eo etiam *Petrus Angelius Bargaeus* in *Carminibus*; *Henric. Brekman* in *Histor. Pandect. Florent.* aliique.

Pag. CXLI. *Io. Baptista Guarinius Veronensis &c.* Huius Vitam scripsit V. Cl. *Apostolus Zeno*, quae in *Minervae Museo Vol. I. Par. III.* habetur. Vita eiusdem ab *Alexandro Guarinio* quoque scripta est in Tomo II. Supplement. Ephemeridum Eruditorum Venetarum. De eo etiam agit alius Vir Cl. *Scipio Maffeius* in sua *Verona illustrata*. *Alexan-*

*xander Guarinius* in Vita citata memoriae prodidit, *Guarinium* Florentiam venisse post *Alphonsi* Ferrariae Ducis obitum, qui contigit anno MDXCVII. quare videatur ille anno MDIIC. vel insequenti Florentiam pervenisse. Post illud autem tempus usque ad annum MDCIV. quo iterum Ferrariam se contulit, cum Florentiae & Vrbini, tum Romae & Patavii, moratus est, ut idem Βιογράφος tradit.

Pag. CXLII. post illa verba: *Non placuisse non potuit;* addatur: *At Richardus, qui anno MDXC. in Germaniam frumenti comparandi gratia missus fuerat, & annonae abundantiae in Etruria consuluerat, iure merito hoc anno MDXCVIII. annonae publicae Florentiae praeerat, & in agri Pisani partem, ut eidem consuleret, missus est.* Attamen *Richardus* Florentiae erat, *Franciscus* autem frater Pisis, quum *Constantia* eorum mater, naturae hoc anno concessit.

Pag. CXLIV. *Is hortos, inter alios omnes urbanos nobilissimos, possidet &c.* De his hortis & aedibus intelligit *Antonius Gramignius* in Epithalamio inscripto: *Il Trionfo di Pallade nelle felicissime Nozze degl' Illustrissimi Signori Marchese Gabbriello Riccardi e Francesca Calderini, Epitalamio d' Antonio Gramigni*, ubi canit:

*Nel superbo Palagio*
*Da valle amena cinto,*
*Ove di frutti ognora*
*La fertile campagna*
*Ricca ne porge, e ben copiosa messe;*

E

*E di pregiati fiori*
*La gran madre Natura*
*De' be' prati trapunta i verdi palchi,*
*In regia Galleria*
*Non di ferici drappi*
*Riccamente guarnita,*
*Ma di quanti fra' Toschi, e fra' Latini*
*Spiegano al canto il volo,*
*E di quanti altri al Mondo*
*Fur di virtù seguaci,*
*Di marmorei Colossi,*
*E dell' imagin vere,*
*Del valoroso Apelle alta fatica,*
*Vagamente parata*
*Tra compartiti scanni*
*Da man Dedalea impressi,*
*Dove in vergate carte*
*Si conservano eterni*
*Di mille ingegni i nobili sudori,*
*L' egregio Gabbriello*
*Trovò del tutto a' gravi studi inteso ec.*
*E con guardo sereno a lui rivolta*
*In benigno parlar proruppe e disse:*
*Giovane peregrino*
*Della pace, e dell' armi*
*Ornamento immortal, decoro illustre,*
*Della Prosa, e de' Carmi*
*Sostentator sublime ec.*

Hoc Epithalamium MS. exstat in Bobliotheca Richardiana; & eosdem Hortos celebrat etiam *Franc. Redius* in suo *Dithyrambo*.

Pag. CLVII. *Pignoris loco lubenter accepit &c.* Hoc est, ab *Constantino Servio*, Patricio Florentino, & Pictore eximio, de quo

*Bal-*

*Baldinuccius Part. III Saecul. IV. Decennal. I. pag.* 1.

Pag. CLVIII. *aliique paullo iuniores &c.* Alii etiam seniores *Richardi* aetate Florentini Pictores floruerunt, qui facile apud *Baldinuccium* occurrunt.

Pag. CLX. *Henricus à Lotharingia Dux Guisius &c.* Hic Dux ille *Guisius* est, qui Romam anno MDC, conceffit, ut Dispensationem, quam vocant, pro uxore sua consanguinea obtineret, ut *Iac. August. Thuanus*, & *Marc. Battaglinius* in Annalibus ad hunc annum docent

Pag. CLXXV. *Alexandrum Puccium &c.* In Codice Richardiano XLII. *Pluteo S. Ord. IV.* plures exstant Epistolae a *Roberto Puccio* scriptae huic *Alexandro* fratri suo.

Pag. CLXXXV. *Casiozonius &c.* Lege: *Cariozonius*.

Pag. CLXXXVIII. *Quo anno . . . . obierit ignoro &c. Io. Baptista Detius* mortuus est anno MDCVII die XX. Septembris, ut tradit V. Cl. *Salvin. Salvinius* in *Fastis Consularibus Academiae Florentinae pag.* 667. quare haec correximus inferius *pag.* CCLXII.

Pag CXCIV. *Hasce gentis Pegolottiae Florentinae notitias &c.* In Bibliotheca Richardiana Codex MS. exstat num. IV. in *Pluteo S. Ord. IV*, cui titulus est: *Questo Libro è chiamato Libro di divisamenti e di misure di mercatanzie, e d' altre cose bisognevoli di sapere a' mercatanti di diverse parti del Mondo ec.* ac deinde scriptum est: *Questo Libro ordinò Francesco Balducci Pegolotti di*

*Fi-*

*Firenze, che sta colla Compagnia de' Bardi di Firenze. E dimorando elli al servigio di detta Compagnia, a bene, e a onore, e stato della detta Compagnia, e di lui, e di chi leggerà, o assempererà il detto Libro. E questo assempro è levato dal Libro d' Agnolo di Lotto dall' Antella, il quale Libro era levato dall' assempro del Libro del detto Francesco Balducci*. Codex est scriptus pereleganter anno MCCCCLXXI a *Philippo Nicolai F. Frescobaldio*. Ast opus ipsum compositum fuit a *Pegolottio* anno MCCCXL. ut ex computo ad inveniendum Pascha, qui in eo est, intelligitur.

Pag. CXCVIII. *habita anno MCCCC-LXXVIII*. Ex *Alamanni Rinuccinii* Oratione patet, eam habitam fuisse paullo post obitum *Matthaei Palmerii*. loquens enim de communi moriendi necessitate, ait: *Quod quum huic nostro Matthaeo nuper contigerit, consentaneum esse videtur, ut tali filio orba carens patria, virtutes eius non lacrimis, sed grata memoria prosequatur . . . . . Quapropter Gymnasii litterarii Praefecti, quibus a summo Civitatis Magistratu huius honestandi funeris cura mandata est, hoc triste dicendi munus, non meae solum, quae nulla est, sed doctissimi cuiuscumque & eloquentissimi facundiae difficillimum, mihi collegae suo imposuerunt*. Vbi vero opera a *Matthaeo* scripta recenset, scribit: *Postremo etiam Poeticam ausus tentare facultatem, hunc, quem suo pectori superpositum cernitis, praegrandem librum ternario carmine composuit, quem propterea Vitae Civitatem nuncupavit, quod animam terreni corporis mole li-*

*be-*

*beratam, varia multipliciaque loca peragrantem, ad supernam tandem patriam civitatemque perducit, ubi beata fruatur aevo sempiterno*. Ex his omnibus constat, hanc Orationem habitam fuisse, quum funus elato cadaveri celebraretur; quumque, in titulo Orationis, habita dicatur die XV. Aprilis anno MCCCCLXXVIII. oportet, ut vel in numero menda cubet, vel *Barptol. Fontius* in Annalibus falsus sit. *Fontii* verba ad annum MCCCCLXXV ita habent: *Matthaeus Palmerius LXX. aetatis anno Florentiae obiit. Funus honorifice elatum est. Laudavit e suggestu insigni eum Oratione funebri Alamannus Rinuccinus in Sancti Petri Maioris aede*. Testimonio *Fontii* coaevi & Florentini moveor; librariorum incuriam alias novi.

Pag. CIC. *immutandi &c.* Lege: *immutare*.

Pag. CC. *reformandi &c.* Lege: *reformare*.

Pag. CCIV. *Alfonsus II. Dux obiisset &c.* Huius *Alphonsi* sicuti, & *Caesaris Atestini* eius heredis Vita, exstat in Codice MS. Richardiano XIV. *Pluteo R. Ord. II.*

Pag. CCXXIV. *L' altero nome tuo &c.* Lege: *L' altero nome suo*.

— *De' tuoi forti Guerrier &c.* Lege: *De' suoi forti Guerrier*.

Pag. CCXXVI. *Harpastae ludum &c.* Lege: *Harpasti ludum*.

Pag. CCXXVII. Post, omnino laudabilis, addatur: Sed non sine luctu Richardiorum domus fuit, nam quum *Francisco*

Se-

Senatori filius, cui nomen *Ioannes*, natus esset, brevi temporis tractu a cunis ad tumulum translatus est.

Pag. CCXXXIII. *Mulei Sciechi &c* Huius Vita exstat manuscripta in Codice Richardiano XIV. *Pluteo R. Ord. II. pag.* 176. & paria narrantur in Vita MS. *Ferdinandi I.* Magni Ducis saepius laudata.

Pag. CCXXXVIII. *qua Rhodum a Ferdinandi &c. Vincentius Piazza* in Poemate *Bona Expugnata* inscripto *pag.* 17. Rhodum Insulam ab Tuscis Equitibus impugnatam fuisse innuere videtur.

Pag. CCLV. *at vereor, ne non heic exierit &c.* Lege: *at vereor, ne heic exierit.*

Pag. CCLIX. *Ecclesiae Villae Salettae &c.* Haec Ecclesia sacra est SS. *Petro* Apostolo & *Michaeli* Archangelo,

Pag. CCLXIII. *Mariam Magdalenam Austriacam &c.* Carmina in huius Principis adventum plura exstant in Codice MS. Richardiano III. *Pluteo S. Ord. I.*

— *Concino Concinio &c* Huius *Concinii* Epistolae exstant in Codice Richardiano MS. XX. *Pluteo S. Ord. III.*

Pag. CCLVIII. *Franciscus Richardius Senator &c.* Adde: cui *Lucretia* filia nata est.

Pag. CCLXXIII. *certaturus esset &c.* Adde: & *Bernardi* filii infantis, qui hoc eodem anno vita functus est, iacturam reparaturus.

Pag. CCCIII. *Arcem Montis Pedioli &c.* Restitue: Arcem Montis Podioli.

# INDEX
## VITAE
## RICHARDI.

### A



Al-

Au-

# B

Bor-

# C

Chi-

# D



De-

# E



Eu-

# F

Fri-

# G



Go-

Ha-

# H

# I

# L

# M

## N



Ni-

# O



# P



S. Par-

Pe-

Pius,

Quar-

## Q



## R



Cen-

Ro-

# S



Scher-

# T



Tur-

# V

## Z

